Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVI
B
58
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DE COLLEGIIS CANONICORVM PER GERMANIAM, BELGIVM, GALLIAM, HISPANIAM, ITALIAM, ALIASQVE ORBIS Chriſtiani Prouincias,

LIBER SINGVLARIS.

AVBERTVS MIRAEVS, BRVxellenſis S. R. E. Protonotarius, & Canonicus Antverpienſis; eruendo publicabat.

B. R. NEAPOLIS

COLONIAE AGRIPPINAE,
Sumptibus Bernardi Gualtheri.
ANNO M. DC. XV.

Digitized by Google

REVERENDISSIMO
ANTISTITI,
D. CAROLO
PHILIPPO RODOANO,
BERLEGEMIO,
EPISCOPO BRVGENSI,
FLANDRIÆ
CANCELLARIO
PERPETVO.

DE Abbatiarum, aliorumq; per Europã monaſteriorum, inferioris ordinis, originibus ac progreſſibus multi multa ſcripſerunt: de Collegijs Canonicorum, *illuſtri* hodie *portione gregis*

Chriſti, qui ex profeſſo ſcripſerit, hactenùs vidi neminẽ. Itaque mei muneris eſſe putaui, qui inter Canonicos re & titulo cenſeor, quãquam indignus, Spartam iſtam ab alijs derelictam amplecti, amplexam pro virili illuſtrare. Et verò cœpiſſe, in tanta rerum ſilua, ſatis mihi fuerit: alios prouocaſſe, viamque nulli hactenùs calcatam patefeciſſe, fructus erit, vt ſpero, in Eccleſia aliquando longè maximus.

Scimus nulli non rei ſuum eſſe principium, atq; vt Apuleius loquitur, *haud quidquã omnium eſſe, quod poſſit in primordio*

ordio ſui perfici; ſed in omnibus ferè antè eſſe ſpei rudimentum, quàm rei experimentum. Spero tamen, ANTISTES REVERENDISSIME, gratum Tibi fore hoc noſtrũ ſpecimen, in quo illuſtriora noſtratia Belgica, Gallica item ac Germanica (vt magis diſſita taceam) CANONICORVM Collegia breuiter deſcribuntur: in quo & CANONISSARVM, vt vocant, ſiue Canonicarum Virginum nobilium apud Belgas ac Germanos ſodalitia explicantur; inſtitutum, vitæque genus, quod Itali, Hiſpani, Galli, alijq; exteri quàm

 maxi-

maximè admirari ſolent.

Inuenies hic nominatim MONTENSE illud tuũ in Hannonia illuſtrium Heroidum collegium, à S. *Waldetrude*, S. *Vincentij* Hannoniæ Comitis coniuge, ante annos ferè mille fundatum, ac prædijs auctum: cuius multis annis Præpoſitus ſumma cum laude exſtitiſti. Reperies non pauca ad Flandriam Prouinciam, curæ fideique tuæ, magna pro parte, cõmiſſam ſpectãtia. Leges item quàm plurima Imperatorum, Regum, & vtriuſque cum ſacri, tum politici ordinis Principum, muni-

nunificentiæ, in excitandiſ
lotandiſq; Clericorum ſoda-
itijs, monumenta.

Quæ quidem omnia vnum
n corpus à me collecta, Tuo-
que nobiliſſimo nomini di-
cata, PRÆSVL AMPLISSIME,
pro illa familiaritate, quæ Ti-
bi cum R.mo D. IOANNE MI-
RÆO, Epiſcopo Antverpienſi,
Patruo meo piæ mem. quon-
dam fuit, proq; ſingulari tua
erga me humanitate, quæſo,
vultu benigno accipe, velut
æternam cultus atq; affectus
in Te mei teſſeram. Quod ſi
feceris, dabo operã, vt & RE-
GVLA CANONISSARVM, ſiue Ca-

ANNO 817. nonicarum Virginum, Anno redempti orbis octingenteſimo decimoſeptimo, in Concilio Aquiſgranenſi, Ludouico Pio Imp. monente, à Patribus Concilij digeſta, typis hactenùs nõ edita, adeoq; à multis deſiderata, (quã ex vetuſto codice manuſcripto Cl. V. *Nicolai Fabri*, qui Ludouico XIII. Regi Chriſtianiſſimo à ſtudijs fuit, cùm an. 1610. Lutetiæ verſarer, deſcribendam curaui) ſub eiuſdem nominis Tui auſpicijs in lucem breui proferatur. Vale interea, Eccleſiæ ac Reip. diu ſoſpes, & in *Einhamo* tuo, Canonicorum

B. Ma-

Mariæ collegio, & duobus
naſterijs (quorū auctores
defridū Lotharingiæ Du- *Lib. 2.*
n eiuſq; filium Heriman- *cap. 45.*
Balduinus Nouiomēſis ac
ornacenſis Epiſc. in Chro-
cō ſuo Cameracenſi laudat)
im celebri, feliciter inſtau-
ndo perge. Quod Te factu-
m & generis nobilitas, &
tæ integritas, & munificen-
æ ſplendor certò ſpondent.
Datum Antverpiæ CIƆ.IƆC.
v. menſe Auguſto, pridie
Aſſumptionis Deiparæ.

Reu.mæ Do.nis V.æ

ſtudioſiſſimus cliens

AVBERTVS MIRAEVS.

APPRO-

APPROBATIO.

CHronicon hoc Canonicorum magnò Authoris labore è varijs Scriptoribus collectum, cùm nec fidei Catholicæ, nec bonis moribus aduerſetur, licitè ad maiorem Eccleſiæ Catholicæ illuſtrationem excudi poterit. Datum Coloniæ 1615.

HENRICVS FRANCKEN
Sierſtorpffius, SS. Theolog. Doct. Gymn. Laurent. Regens, Librorum Cenſor.

DE

)E COLLEGIIS CANONICORVM LIBER SINGVLARIS.

CAPVT I.

OLONIENSIS VRBIS COLLEGIA Canonicorum in Germania.

IN Vrbe Colonienſi ad Rhenum Fl. ſita ſunt octo Canonicorum collegia, videlicet *S. Petri* Metropolitanum, *S. Gereonis, S. Seuerini, . Cuniberti, S. Andreæ, SS. Apoſtolorum, S. Ma-ꝛiæ in gradibus,* & *S. Georgij.* ſunt inſuper duo ;anoniſſarum & Canonicorum collegia, vi-lelicet *S. Vrſulæ* cum Sodalibus, & *S. Mariæ in ;apitolio,* præter *S. Cæciliæ* collegium, quod eſt ;anoniſſarum reformatarum ac Canonico-um.

Metropolitanum collegium initia ſua re-ˈert ad *S. Maternum* B. Petri Apoſtoli diſcipu-lum, Colonienſium, Treuerenſium & Tun-grorum Apoſtolum, & primum Colonienſi-

um Epiſcopum. Templum Metropolitanum, quod hodie auguſtiſsimum viſitur, anno 1237. *Conradus ab Hoeſſteden* Colonienſis Archiepiſcopus extruendum curauit.

Sunt in hoc illuſtri collegio Canonici omnes ex nobilibus Ducum, Comitum, aut Baronum familijs; exceptis ſeptem aut octo Doctoribus Canonicis Presbyteris. Capitulares numero ſunt ſedecim, habentque ius eligendi Archiepiſcopum omnes capitulares, tam nobiles quàm Doctores.

In eodem templo Metropolitano ſacra trium Magorum ſiue Regum corpora adſeruantur honorificentiſsimè, anno 1168. Mediolano Coloniam translata.

S. GEREONIS COLLEGIVM IN Vrbe Colonienſi.

S. Gereoncum Socijs trecentis & octodecim Thebeę legionis militibus, Diocletiano & Maximiano imperantibus, circa an. Chriſti 297. pro Chriſto occiſi ſunt eo loco, quo nunc S. Gereonis Baſilica, rotundæ formæ viſitur, à *S. Helena* Conſtantini Magni matre, anno ferè 301. fundata. Odeium ſiue chorum poſtea *S. Anno* Colonienſis Archiepiſcopus adiecit.

In hoc collegio Canonici illuſtres ſiue nobiles ſunt ſedecim, inter quos Præpoſitus & Decanus, Ducum vel comitum familia debet

eſſe

[..]ſſe prognati. non nobiles autem ſunt decem [C]anonici Presbyteri.

S. SEVERINI COLLEGIVM *Colonienſe.*

FVndatum eſt hoc collegium ác templũ anno 376. à *S. Seuerino* Colonienſi Epiſcopo, in honorem SS. Cornelij & Cypriani, quod à fundatore S. Seuerini hodie dicitur. chorum templi, qui nunc conſpicitur, *VVichfridus* XXIV. Colonienſis Archiepiſc. extruẽdum curauit, multiſq; prædijs collegiũ Canonicorum auxit. Sunt autem Canonici numero ſedecim. S. Seuerini corpus ſacrum hic adſeruatur arcæ argenteæ pretioſis margaritis ornatæ, incluſum: quam *Hermannus* XXXVI. Colonienſium Archiep. anno 1102. fabricandam curauit.

S. CVNIBERTI COLLEGIVM.

TEmporibus Heraclij & Cõſtantini Impp. in honorem S. Clementis collegium ac templum iſtud à *S. Cuniberto* ſeptimo Colonienſi Epiſcopo eſt excitatum, qui & ibidem ſepeliri voluit. Vnde & S. Cuniberti nomen poſtea accepit. Sunt in hoc collegio Canonici duo & viginti. In hoc templo, præter S. Cuniberti reliquias, aſſeruantur quoque corpora duorum Martyrum Evvaldorum, natione Anglorum. de quibus conſule Bedam in hiſtoria gentis Anglorum.

S. ANDREAE COLLEGIVM.

TEmplum iſtud in honorem S. Matthæi Apoſtoli *S. Bruno* XXV. Coloniẽſis Epiſcopus excitauit, atq; in eo monialium cœtum collocauit. Quibus paulò poſt amotis, collegium in eo Canonicorum conſtituit, S. Matthæi patrocinio in S. Andreæ commutato.

SS. APOSTOLORVM COLLEGIVM.

COllegij iſtius fundatores habentur *S. Heribertus* Archiepiſcopus & Elector primus Colonienſis, eiuſque ſucceſſor *Piligrinus*, quorum poſterior in iſta SS. Apoſtolorum baſilica ſepeliri voluit. S. Heribertus in monaſterio Tuitienſi, quod auxilio Othonis III. Imp. extruxit, ſepulturam elegit. Cuius hodie ſacrum corpus, pretioſæ thecæ incluſum, monachi Benedictini Tuitienſes adſeruant. Sunt in hoc collegio Canonici numero triginta.

COLLEGIVM S. MARIAE VIRGInis in Gradibus.

HVius fundator extitit *S. Anno* XXXIII. Archiep. Colonienſis, qui anno 1075. moriens in Sigebergenſi Benedictinorũ Abbatia à ſe fundata eſt cõditus. Sunt in hoc collegio hodie Canonici viginti. Cum hoc collegio

io ab eodem Annone vnitum eſt collegiũ
ıonicorum *S. Pantaleonis* Tremonienſe, à
rolo Magno fundatum, quod Tremonium
ıtinuis Hunnorum excurſionibus eſſet ex-
ītum. In hoc templo adſeruantur reliquiæ
ıg*ilolphi* Epiſcopi Colonienſis & Martyris,
ı vnà cum S. Bonifacio per Germaniam A-
ſtolatum exercuit.

S. GEORGII COLLEGIVM.

St id fundatum à dicto Sancto Annone
'XXXIII. Archiepiſcopo in viſum viginti
noninicorum.

*VRSVLAE ET SODALIVM VIR-
ginum ac Martyrum Collegium.*

TEmplum hoc primitus exſtructum eſt
à pijs ciuibus Colonienſibus in honorē
Vrſulæ & Sodalium, quod poſtea *Clettalius*
r religioſus ex Oriēte veniens auxit, & tan-
m anno Chriſti 902. *Hermannus* XXIII. Co-
niēſis Epiſc. compleuit, monaſterio *Geritz-
im* (quod virginum erat) huc translato. I-
m pro ſex nobilibus virginibus Canoniſſis,
uæ ad minimum Comitiſſæ eſſe debent) &
o Canonicis quinque dotem conſtituit.

*OLLEGIVM B. MARIAE VIRGI-
nis in Capitolio.*

VT vrbs Roma, ſic & Colonia Agrippi-
na ſuum olim habuit Capitolium: in

quo *Plectrudis* Pipini coniunx, nobilium virginum collegium fundauit, quas inter pieviuens ac moriens ibidem ipſa ſepeliri voluit. In hoc templo præter Canoniſſas ſunt Canonici duodecim.

S. CAECILIAE COLLEGIVM.

Templum iſtud antiquiſsimũ, olim fuit Cathedrale ſeu Sedes Epiſcopi, nunc verò collegium eſt Canonicorum & Virginum nobilium ſub regula S. Auguſtini, poſt reformationem ſub clauſura admodum ſtricta viuentium. Totius collegij caput eſt Abbatiſſa illuſtri Comitum genere plerumque nata. Fuerunt eo loco olim Canoniſſæ à *VVilberto* XXII. Epiſcopo Colonienſi eo loci collocatæ.

De his Coloniæ Agrippinæ Collegijs fuſiũs agit *Erardus VVitthemius* in ſuo Sacrario Agrippinæ.

Capvt II.

MOGVNTINAE VRBIS COLLEGIA Canonicorum in Germania.

IN Vrbe Moguntina ſunt decem Canonicorum collegia; ex quibus præter Metropolitanũ Sancti Martini collegium, quin-

que

maiora & quatuor minora vocantur. Metropolitana baſilica in *S. Stephani* Pro-
iartyris memoriam olim fuit excitata
icata. ſed cùm nouum, quod S. Stephani
atur, templum *VVillegiſus* Archiepiſcopus
ruxiſſet, fuit hæc baſilica in *S. Martini*
orem commutata. Sunt in hoc nobili
onicorum collegio è magnis ducum, Co-
ım & nobilium ſtemmatibus Canonici
tempore duo & quadraginta: ex qui-
cum Præpoſito, ſacratiorem ſena-
ſeu Capitulum, vt appellant, ordina-
conſtituunt quatuor & viginti. Et ex
per ſuffragia Moguntinus Archiepiſ-
us deligi ſolet. Ex ijſdem tres præci-
ſunt, qui Mitra in Sacris vtuntur, ni-
um *Præpoſitus, Decanus,* & *Cantor*, idque
priuilegio Innocentij Pontificis Ma-
ıi, anno milleſimo ducenteſimo quadra-
mo dato.

Eſt in hoc Metropolitano templo
re, primum eiuſmodi, vt ei adſtans
rdos faciem ad clerum, ceterumque
ulum obuerſum ſemper habeat, neque
ı dicit: *Dominus vobiſcum* neceſſe ha-
t ſeſe conuertere. Cancellis cingi-
ferreis, in quorum ſuperiore limbo,
ıtis vncialibus litteris inſcriptum legi-

Aurea Moguntia, Sancta Romanæ ſpecialis

 vera

vera filia, Aſſis nobis in agone, venerande Patrone, Tua benedictione Martine, Vt tua ſimus memoria conſortes & gloria.

Ceterùm primus Epiſcopus Moguntinus fuit *S. Creſcens* Pauli Apoſtoli diſcipulus, vt multis adſtruit Nicolaus Serarius lib. 2. Rerum Moguntinarum cap. 2.

S. ALBANI COLLEGIVM Moguntinum.

II. S. Albani collegium fuit olim inclytum doctrina & pietate Cęnobiũ, è quo in *Sponheim* manachorum Benedictinorum Colonia tranſijt, vt in Sponheimenſi chronico Trithemius explicat. Fuit autem monaſterium vſque ad annum milleſimum quadringenteſimum decimum nonum: quo Martini V. Papæ conceſſu in Canonicorum collegium demigrauit. Superſunt templi huius tantùmmodo parietinæ: Canonici tamen ſuis fruuntur reditibus, & diuinum cultum pſalmodijs, ſacriſque Miſſarum liturgijs obeunt in Prędicatorũ templo, quod ab ipſis accõmodato habẽt. Fuit in hoc loco olim ſepulta *Faſtiada* Regina, Caroli Magni vxor; cuius cineres poſt templi huius incendium in Metropolitanum ſunt translati.

S. PETRI COLLEGIVM MOGVNtinum:

III. S. *Petri* collegium habet templum extra vr-

vrbis mœnia procurrens, quod collegium
. cum templo conſtruxit ac dedicauit *Fri-*
cus XII. Archiepiſcopus Moguntinus cir-
annum Chriſti 948. Quo anno Synodus
habita non procul Moguntia in *Ingelheimo*,
la ad Rhenum ſita, iam inde à Caroli Ma-
i temporibus celeberrima: vbi hodie cum
latij, Cœnobijque ruinis, pagus tantum vi-
ar, communi hæreſeos labe turpatus. Huic
nodo, cum alijs XXXIII. Epiſc. interfuit
em Fridericus.

'. S. *Stephani* collegium & templum VVil-
ligiſus Archiepiſcopus erexit, cuius in
, ſeruatur caſula, campanæ inſtar è ma-
ria ſerica, illi ſimilis, quæ Ratiſponæ aſſer-
itur, à S. VVolfango relicta.

. S. *Victoris* collegium, Canonicorum ſuas
partes obit in templo S. Ioannis, eò
uòd templi S. Victoris nihil reſtet præter
uda quædam mœnia, & pauculas particu-
is.

I. B. *Mariæ in campis* olim vocatum, nunc S.
Crucis, collegium & templum, quia inſigni
. Crucis miraculo eſt nobilitatum.

/ II. *S. Mariæ ad gradus* templum, in quo pa-
ochia quondam, nunc verò Canonicorum
eſt collegium.

VIII. *S. Mauritij* collegium & templum,
quod in huius Martyris & Sociorum hono-
rem exſtruxit Lutibertus Archiepiſcopus:

in cuius tumulo hi verſus leguntur.

Sexcenti deni, bis ter ſex millia, ſeni,
Libati Chriſto, templo venerantur in iſto.

IX. S. Ioannis collegium & templum, quod vetuſtate deformatum, noſtra ætate renouauit eius Decanus *Stephanus VVeberus* ſuffraganeus Moguntinus. Huc Sacrorum cauſa ſui è templo euerſo confugerunt Sancti Victoris Canonici.

X. *Sancti Gangolphi* Collegium & templum, quod *Ruperti XVI.* Archiepiſcopi temporibus excitatum eſt, noſtra verò ætate à *Daniele* Archiepiſcopo inſigniter conſtructum, nouo cœpit nomine appellari *Templum arcis*.

De his Moguntinis collegijs plura qui volet, Nicolaum Serarium Societatis Ieſu Theologum conſulat in libris rerum Moguntinarum.

Capvt. III.

TREVERENSIS VRBIS COLLEGIA Canonicorum in Germania.

TReuerorum vrbs antiquiſsima, pro veteri quidem magnitudine, nunc ambitu mœnium mediocri, quinque tamen parochiales baſilicas, nempè Sanctorum *Laurentij, Gangulphi, Pauli, Antonij, & Geruaſi* complectitur: prætereà templum Metropolitanū

S. Pe-

ro dicatum, item *Diuæ Virginis* ædem e-
am, & *S. Simeonis* peruetuſtam Baſilicam,
totidem collegia ſunt Canonicorum.
: inſuper in vrbe, præter D. Martini Ab-
am Benedictinorum, quatuor Ordinum
dicantium, Auguſtinenſium, Carmelita-
, Prædicatorum, & Franciſcanorũ con-
us: Adhæc Teutonicorum & Ioanni-
m Aedes ampliſsimæ cũ Baſilicis, itemq;
egium Societatis Ieſu. Muliebris verò ſe-
intra & extra vrbem, monaſteria ſunt
a, in quibus eminet, quod *Horreum* vul-
uncupatur. In ſuburbano ſunt tres Abba-
præclaræ, videlicet *Sancti Maximini, Sancti*
thiæ, & *S. Mariæ ad Martyres*, vbi olim Ca-
lium fuit: item Clauſtrum ampliſsimum
thuſianorum, & inſignis *Eccleſia* collegi-
S. Paulini.

CAPVT IV.

MARIAE TVNGRENSE COLLE-legium in diœceſi Leodienſi.

TVngri veteres ſunt Galliæ Belgicæ po-
puli, Tacito, alijſque ſcriptoribus anti-
s noti, quorum hodieque opidum vulgò
geren nuncupatum, exſtat tertio à Leodio
liari. In hoc opido ſedes fuit olim Epiſco-
s, quę poſtea Traiecti ad Moſã, ac demum
dij fuit collocata, vbi hodieq; perſtat.

Tungren-

Tungrenſe porrò collegium auſpicia ſua refert ad *S. Maternum*, B. Petri Apoſtoli diſcipulum, Colonienſium, Treuerenſium, & Tungrenſium Apoſtolum, primumque Epiſcopum.

Capvt V.

S. MARIAE COLLEGIVM CATHEdrale in vrbe Pariſienſi.

Religionis Chriſtianæ primordia accepta ferunt Pariſienſes *S. Dionyſio*, primo illius vrbis Epiſcopo, quem etſi plerique cõtendant fuiſſe Dionyſium Areopagitam, ego tamen malim ſubſcribere ſententiæ Gregrorij Turonenſis, qui dicit Dionyſium primum Epiſcopum Pariſienſem veniſſe in Galliam Decio & Grato conſulibus; hoc eſt, anno ſalutis ducẽteſimo quinquageſimo primo, iuxta calculum vulgarem.

Quis prima iecerit fundamenta Templi & Collegij Pariſienſis, in tanta rerum vetuſtate difficilè fuerit affirmare. Ex monumentis illius Eccleſiæ conſtat per *Hercaudum XLII.* Epiſcopũ Pariſienſem temporibus Caroli Magni ampliſsimam Deiparæ Baſilicam, (quæ cum admiratione à ciuibus & exteris hodiè ſpectatur) primùm ædificari cœptam, deindè à *Mauritio LXX.* Epiſcopo Pariſienſi temporibus Philippi Auguſti, Galliæ Regis auctam, ac demum ab *Odone* Mauritij ſucceſſore anno 1222. abſolutam fuiſſe.

S. GER-

ERMANI ANTISSIODOREN-
ſis collegium Canonicorum in vrbe Pariſienſi.

Ollegium ac templum iſtud olim extra, nunc intra muros vrbis Pariſienſis ſitũ, a ſua debet *Childeberto* II. Franciæ Regi ſtianiſsimo, eiuſque coniugi *Vultrogota*, n honorem S. Vincentij Martyris illud à lamentis excitarunt. Hodie dicitur S. mani Antiſsiodorenſis, eſtque non pro- itum à Lupara arce ac ſede Regia.

OLLEGIVM CANONICORVM
Sacræ Capellæ in palatio Pariſienſi.

Nno 1154. *Ludouicus Craſſus* Galliæ Rex fundauit ſacellum B. Mariæ de Stella, oco, quo nunc viſitur, illa admirandi o- is ſacra Capella, vt vulgò nuncupant, quã o 1245. S. Ludouicus Galliæ Rex ædifican- n curauit. Idem Rex in dicta Capella ſpi- m Domini coronam, cum alijs ſacris reli- js à Balduino Imperatore dono acceptam o 1247. honorificè collocauit.

Inter Canonicos primarius eſt Theſaurari- qui ex ſingulari priuilegio intra ambitum atij in Sacris Pedo & Mitra vtitur.

S. STEPHANI COLLEGIVM
Pariſienſe.

nter templa vrbis Pariſienſis omnium an- tiqui-

tiquiſsimum habetur templũ *S. Stephani Græcorũ*, in quo hodie eſt collegiũ Canonicorum & parochia, olim intra, nunc extra vrbis muros. Tradunt id dedicatum fuiſſe à *S. Dionyſio* Ep. Pariſienſi, quem volũt Areopagitã fuiſſe, atque è Græcia cum ſuis in Galliam veniſſe. de qua re vide Iacobum Breulium l.b. 1. Antiquitatum Pariſienſium.

S. Trinitatis Collegivm Canonicorum in ſaltu Vicennarum.

ALtero ferè lapide à Lutetia Pariſiorum eſt nemus ſiue ſaltus Vicennarum muris vndequa que cinctus in vſum Regiæ venationis. In dicto ſaltu viſitur arx Regia, cuius ſacellum Carolus V. Galliæ Rex condidit in honorẽ Sanctiſsimæ Trinitatis, & Beatæ Mariæ Virginis, addito Canonicorum collegio: Diploma fundationis anno 1379. datum, extat apud Chopinum lib. 1. de ſacra Politia tit. 8. Dotem auxit poſtea eius filius Carolus VI. anno 1408.

Capvt VI.

S. Mariae Tornacense Collegium cathedrale in Belgio.

HVius vetuſtiſsimæ Eccleſiæ velut auctor & parens habetur *S. Piatus*, Nerviorum Apoſtolus, qui Diocletiano & Maximiliano

iliano Imperatoribus apud Tornacum
tyrio coronatus eſt. In eius namque vita
tur, ipſum *docendo ſic rem promouiſſe, vt adi-
m B. Virgini, adiculæ verò aliquot Lectores, Di-
ɪos & Sacerdotes, qui Sacramenta fideli populo
iniſtrarent, conſecrârit.*

Auxit haud dubiè ac ſtabiliuit rem incho-
m poſtea *Superior* Neruiorũ Epiſc. ac demũ
lutherius, aliiq; Tornacenſes Epiſcopi.

De S. Piati & Sociorum eius per Belgium
oſtolatu, libet porrò quædam ſubne-
ɪre.

rca annũ Chriſti 296. Sancti & Apoſtolici
ri *Quintinus, Criſpinus, Criſpinianus, Victoricus,
uſcianus, Piatus, & Chryſolius*, Roma in Galli-
n venerunt, & Chriſti Religionem longè
teque propagarunt.

. *Quintinus* ciuis Romanus martyrium paſſus
ſt Auguſtæ Veromanduorum, quæ ab Hun-
is vaſtata, & poſt inſtaurata, ab hoc Martyre
Quintinopolis hodie dicitur apud Picardos.

S. *Criſpinus & Criſpinianus*, apud Suehtiones
n Gallia, gladio cæſi ſunt.

SS. *Victoricus & Fuſcianus*, Morinorum Apo-
ſtoli, apud Ambianos, vnà cum *S. Gentiano*,
hoſpite ſuo, capite plexi ſunt.

S. Piatus ſiue *Piaton*, Presbyter Beneuenti
Pelignorum natus, apud Carnutes & Nerui-
os, Chriſtum prædicauit, & apud Tornacum
martyrio coronatus eſt, Diocl. & Maximiano
Impp.

Miraus de Canisi

Impp. in Chriſtianos per prouincias ſæuientibus. Sacrum eius corpus B. Eligius Noniomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus diligenter quæſitum repperit, loculoque incluſum Seclinij collocauit; inſtituto ibidem Clericorum ſiue Canonicorum collegio.

S. Chryſolius, Tornaci, alijſque Flandriæ locis Chriſti doctrinam diſſeminauit, & ab impijs cæſus; Cominij ad Liſam Fl. eſt conditus, à B. Eligio pariter eleuatus. Hiſtoria martyrij eius ibidem exſtat, in collegiata Canonicorum baſilica. Itaque iure optimo SS. Piatus & Chryſolius Tornacenſium & vicinorũ Flandriæ populorum Apoſtoli ſunt nuncupandi. De hoc Tornacenſi collegio conſule Molauium in natalibus ſanctorum Belgij.

Capvt VII.

Sanctense Collegivm in Ducatu Iuliacenſi.

Sanctenſe opidum, ad Rhenum Fl. à S. Victore eiuſq; ſocijs CCCXXX. Thebæę legionis militibus, eò ferè loci, Diocletiano & Maximiano Impp. pro Chriſto occiſis, ſic dictum, ex Coloniæ Traianæ ruderibus natum creditur.

In horum Martyrum honorem inſigne Sacerdotum collegium *S. Helena* Conſtantini Magni Imperatoris mater inſtituit; quod & Conſtantinus priuilegijs exornauit; vt fusè

narrat

rat Stephanus Pighius, Canonicus San-
nſis, in Hercule ſuo Prodicio, à Plantino
tuerpiæ excuſo.

*CCINGENSE COLLEGIVM, CA-
nonicorum & nobilium Virginum Canoniſſa-
rum in Germania.*

Ecanis vel Secanica inſula in Rheno ſita,
à ſecato Rheno dicta putatur. Seccingen-
cœnobium, à *S. Fridelino* Scotorum & Hi-
rniæ Regis filio, Philoſophiæ ſtudijs præ-
rè imbuto, & Eccleſiaſticæ vitæ inprimis
udioſo, peregrinatè plantandæ religionis &
opagandi Chriſtianiſmi ergò inchoatum
, anno Domini 495. confirmatumq; à Re-
Galliarum Clodoueo. Docuit Fridelinus
e circumquaque in Gallijs, tandem Picta-
um venit ad *S. Hilarium*, vbi poſtea in eiuſ-
m cœnobio pater monachorum exſtitit, &
Hilarium è terra leuauit, ac magnificum
cœnobium Clodouei ſubſidijs erexit. Diſ-
dens poſtea inde in Belgicum, primùm ad
oſellam venit, à quo anno non procul rur-
s in honorem S. Hilarij aliud monaſterium
choauit, quod hodie Hilariacam vocatur,
que S. Naboris cœnobium eſſe exiſtima-
r. Relinquens verò & hunc locum, paulò
oſt in Voſagi altis cacuminibus templum e-
um S. Hilarij erexit. Venit autem & Argen-
am, ibique ſimile templum condi curauit.

 Inde

Inde per Burgundionum prouincias ambulans, ad curiam Rhetorum venit; vbi rurſus S. Hilarij nomine Eccleſiam conſtruxit. Poſtremò autem in Augiam Seccingenſem venit, vt in ea etiā inſula ædiculam cōderet, ſed ab habitatoribus deprehenſus, virgis cæſus, & ex inſula eiectus eſt. Venit igitur ad Regē Clodoueum, cui concionans aliquoties, mox ab eo totius inſulæ donationem liberrimam impetrauit. itaq; poſtea in ea habitauit, orans ibi, & collectis aliquot diſcipulis ſacras litteras explicans. Rege ſublato, cœperunt iterum accolæ eiuſdem inſulæ tumultuari aduerſus virum Dei: tum vt ſe ſe muniret contra tumultuantium vim & illatas toties iniurias, Rhenū ex dextero & veteri alueo precibus ad Deum fuſis in ſiniſtrum cōieciſſe legibus, ac ita tutum ſibi feciſſe receptaculum. Hoc ipſo miraculo omnium incolarum animos in ſui admirationem atque amorem pellexit. Poſtea piarum & in Chriſto erudiendarum Virginum domicilium condere cœpit. Fuerunt autem ea ipſa tempeſtate duo Germani fratres nobilitate & diuitijs pollentes, in Clarona, vulgò *Claris*, Heluetiorū vrbe habitantes, *Vrſo* ac *Landolphus*: ex quibus Vrſo S. Fridelini piam vitam, & honeſtam cum diſcipulis ſuis cōuerſationem videns, ſuarum poſſeſsionum integram partem à fratris patrimonio ſeiunctam S. Fridelino eiuſque cœnobio dica-

uit; ſcriptiſque diplomatibus, perpetuò
ſidendam tradidit & confirmauit. Mor-
Vrſone cùm Landolphus auaritiæ ſtudio
ia Vrſonis monaſterio legata ad ſe rapere
aretur: S. Fridelinus cum eo coram Bal-
erto Comite de recuperanda poſſeſsione
: Vbi cùm videret nihil ſe effecturum,
coram iudicibus ſiſteret Vrſonem dona-
em, abijſſe vir Dei Claronam dicitur, &
gna virtute omnipotētis Verbi Vrſonem
ortuis reſuſcitaſſe, ſecumque ex Clarona
agū Rheticum *Rancquill* per ſex milliaria
m adduxiſſe, vt corā Baldeberto cū fratre
dolpho expoſtularet de iniuria. Landol-
s talibus miraculis exterritus, non ſolū cę-
io reddidit quod Vrſonis priùs fuerat, ſed
etiā adiecit. Vrſo cubat Seccingi in dextra
ri ad parietē. Fridelinus ſepultus fuit pri-
ad ſiniſtrū chori parietē è regione Vrſonis
tea in ſumma ara collocatus eſt; in qua v-
iq; Sacra haberi ſolent. De huius cœnobij
datione & origine exſtant tales verſiculi:
lia pro domino dant fratres hîc Fridelino
pora poſt multa, negat alter, fratre ſepulto:
itat hunc teſtem Dominus, ducitq́, benignus.
ba timore tremit: ſanctus ſua iura redemit.
erùm in Seccingenſi collegio ſolent eſſe
o Canoniſſę, quibus in Sacris octo Canoni-
bſeruiunt. Sic ferè Bruſchius in Chrono-
ia monaſteriorū Germaniæ.

CAPVT VIII.

S. MARIAE COLLEGIVM CAMERACENſE *Metropolitanum in Belgio.*

CAmeracum vulgò *Cambraij*, veteribus Samarobrina, vt quidam volunt, vrbs antiqua, ad Scaldim Fluuium ſita, tria habet Canonicorum collegia, nimirum *S. Mariæ* Metropolitanum, itemque *S. Gangerici*, & S. Crucis collegia. Metropolitanum collegium, proculdubio, initia debet ſua, primis illius loci Epiſcopis, quos inter recenſentur *Diogenes*, *& S. Vedaſtus*, Clodouei primi Regis Galliæ Chriſtiani catechiſta.

S. GANGERICI COLLEGIVM CA-*meracenſe.*

S. Gangericus ortus eſt parentibus ingenuis & Catholicis in Euoſio Galliarum caſtro. Vbi dū primis litteris imbuebatur, tirocinij ſui tempus in emeritam ætatem tranſtuliſſe videbatur. Quare S. Magnericus Epiſcopus Treuirorum, præclarę indolis puerum totondit, & totum Pſalterium ediſcere fecit, & poſtea ad Leuiticum ſublimauit miniſterium. Cumque obuium haberet paganum hominem leproſum, ad Baptiſmi gratiam eum perduxit, & Vndis ſalutaribus ab vtraque lepra animæ & cutis emundauit. Increſcente autē beati viri fama, mortuo Vedulpho Camera-

acenſi Epiſcopo, clerus & populus pari
intate, leuitam Gangericum poſtularunt
linatus igitur Epiſcopus, per annos plus
us triginta nouem, prædicatione pluebat,
iculis coruſcabat, bonis operibus perpe-
intendebat. Complures quoque noxios
ianibus iudicum diuinitus liberabat per
es. Quibus peractis, plenus dierum in pa-
nctæ Eccleſiæ quieuit, anno 594. tertio
Aug. Quo die natalis eius ab Vſuardo &
notatur, & hiſtoria à Surio ponitur. Se-
us eſt apud Cameracum in Baſilica, quæ
ſo in montis vertice ad honorem S. Me-
li erat exſtructa; vbi poſtea Carolus V.
. exſtruxit caſtrum ſiue citadellam, vt lo-
tur. Vnde Canonici S. Gangerici cùm co-
ntur templum ſuum deſerere, receperunt
Parochialem Eccleſiam S. Vedaſti; vbi
agnifico choro, quem exſtruxerant, cor-
S. Gangerici repoſuerunt. Atque ita Ec-
a S. Vedaſti dicitur nunc Eccleſia S. Gan-
ci. Eſt præterea vetuſtiſsimum templum
alatina vrbe Bruxella ad eius honorem
ſecratum. Ceterum Euoſium Galliarum
rum, nunc Iuodium dicitur, Lutzenbur-
ſis ducatus opidum: in quo eſt etiam Col-
um Canonicorum. Sic ferè Molanus in
alibus SS. Belgij.

S. CRVCIS COLLEGIVM *Cameracenſe.*

IOannes Epiſcopus Cameracenſis, ex Cantore aulæ regiæ, Theodorico Epiſcopo defuncto in ſede Cameracenſi ſucceſsit anno 866. & licèt natalem non habeat, Sanctus tamen dicitur. Nam ad ſepulchum frigoretici & diuerſis ægritudinibus occupati ſoſpitatem eius meritis ſunt conſecuti. Sepultus eſt Cemeraci ad Sanctam Crucem, ibidemque à Gerardo XIII. ſuo ſucceſſore condigno honore eſt eleuatus. Scripſit porrò Hincmarus Archiepiſcopus Remorum ad hunc virum Sanctum plures litteras.

Huius porrò collegij S. Crucis auctor ſeu fundator fuit *Elbaudus* cognomento *Rubeus*, vir nobilis ac potens; quem falsò Archidiaconũ vocat Chriſtianus Maſſęus. li. 13. Chronicorum. Conſtat enim vxorem habuiſſe, vtpote cuius hodieque in precibus ſuis memores ſunt eius loci Canonici. Idem Elbaudus exædificauit Parochialem S. Vedaſti Eccleſiam, quam nunc collegiũ Canonicorum S. Gangerici incolit. Obijt autem Elbaudus anno 1071. conditus in Odeio Aedis S. Crucis à ſe exſtructæ.

Capvt

CAPVT IX.

PAVLI COLLEGIVM LVGDVnenſe in Gallia.

I Sacerdos Epiſcopus Lugdunenſis ſedit
) ab anno circiter 546. vſque ad annum
. vt tradit Iacobus Seuertius in Chronolo-
hiſtorica Archiepiſcoporum Lugdunenſi-
ı. Idem Collegiatam Eccleſiam *S. Pauli*
ıſtruxit.

Quod ad Sedem Epiſcopalem Lugdunen-
ı attinet, fuit ea olim in Baſilica Sanctorũ
ıoſtolorum Petri & Pauli, quæ hodie S.
cetij dicitur, vt Pacadiuus tradit aut veri-
in Eccleſia S. Iuſti. Ea ſedes poſtea transla-
:ſt ad Baſilicam S. Stephani, quam S. Albi-
s Epiſcopus Lugdunenſis (ad XVII. Kal.
:tobris martyrologio Romano adſcriptus)
ıſtruxit, indeque ad ampliſsimum S. Ioan-
templum. Quod verò admirandum eſt cã-
ıt hodie Canonici in tribus Baſilicis Lug-
nenſibus, nimirum *S. Ioannis*, *S. Stephani*, &
Crucis ſub eodem Campanæ ſigno. Canoni-
ɔorrò Metropolitani Lugdunenſes gaudẽt
dieque ſinguli titulo Comitis. Qua de re
de Seuertium ad annum Chriſti 1173.

Sic & Canonici S. Iuliani *de Brioude* in Ar-
rnia, omnes genere nobiles, dicuntur quoq;
ɔmites, & ſubſunt immediatè Romano
ıntifici.

Cap. X.

S. Mariae collegivm cathedrale Atrebatenſe in Artheſia Belgij prouincia.

Eccleſiam Cathedralem Deiparæ Virginis in vrbe Atrebatenſi *Sanctus Vedaſtus* Epiſcopus, auxiliante Clodoueo primo Frãcorum rege Chriſtiano, conſtruxit, & vnà cũ B. Remigio Remenſi Archiepiſcopo, Clericos quos poſteritas Canonicos vocauit, in ea conſtituit. De quibus in teſtamento ſuo Remigius: *Eccleſiæ Atrebatenſi, cui, Deo auctore, Vedaſtum, fratrem meum cariſſimum Epiſcopum conſecraui, ex dono iam dicti Principis*, (id eſt Clodouei,) *quem de Sacro Fonte ſuſcepi, villas duas in ſtipendijs Clericorum delegaui, Ortos videlicet & Sabucetum.* Ipſe etiam S. Vedaſtus, nomine Sancti Remigij, cum Mamerto & alijs Epiſcopis, apud Viennam Galliæ conuenit; vbi ſolennes Litaniæ triduanæ ante Aſcenſionem Domini ſunt inſtitutæ.

Conſummatis autem laboribus, feliciter ad Dominum migrauit anno, iuxta Sigeberti calculum, 570. Cuius corpus poſt aliquot annos Sanctus Aubertus Epiſcopus, indignum iudicans tam celebrem virum in terra recondi, Kalendis Octobris eleuauit; & cum B. Andomaro tranſtulit ad monaſterium, quod B. Vedaſto

Vedaſto Atrebati nouum conſtruxit, quodque poſtmodum *Theodoricus* Galliæ Rex multum dotauit; qui inibi cum *Doda* coniuge ſua cubat.

Eſt autem Atrebatum iam inde à temporibus Sancti Ludouici Galliæ Regis, Arteſiæ metropolis, duplex vrbs: Vna enim eſt Epiſcopalis, vulgò *Citè* dicta, quæ caput habet S. Vedaſti, lanam quoque quæ de cœlo pluit & cereum memorabilem: altera verò vulgò *Arras* dicitur, veteribus Nobiliacum nominabatur, in qua eſt S. Vedaſti monaſterium cum ſacro eius corpore. Cui loco ex Gandauenſi monaſterio Venerabilis Atta primus præfuit. Porrò Atrebati in Epiſcopatu poſt Beatum Vedaſtum ſucceſsit *Dominicus*, poſt quem *Vedulphus*, qui Cameracum ſedem tranſtulit. Exinde nomen Diœceſis Atrebatenſis perijt vſque ad tempora Vrbani II. qui anno 1090. Atrebati peculiarem erexit Epiſcopatum, Cameracenſibus infenſus, quod Henrico IV. Imperatori, Eccleſiæ Romanæ hoſti fauerēt. Sic ferè Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij.

CAPVT XI.

COLLEGIA CANONICORVM VRbis Argentinenſis in Germania.

CAthedralis ædis Argentinenſis, Deiparæ matri ſacræ auctorē commemorant

Obijt Clodoueus anno Chriſti 511.

Clodoueum primum Frācorum Regem Chriſtianum magis longa,credo,traditione,quàm aliquo certo ſcriptore, aut idoneo teſte. niſi fortè ex eo quis argumentum ſumat, quod nō modò is Frācorum gentem ad Chriſti fidem & religionem ſuo exemplo adduxit,ſed etiam Alemannorum,qui eo tempore,vti nunc,tractum occupabant Argentinenſem,primuſque fuit qui per Franciam & alia loca ſui Imperij, ædes ſacras Chriſto liberatori noſtro collocauit, & dedicauit, eò feruentiùs & frequentiùs, quantò eaſdem priùs auidiùs & latiùs incenderat & profanarat. Quidquid eius rei ſit, illam, quam Argentinæ conſtituiſſe volunt Clodoueum ædem, fuiſſe paruam, & cemento vili ac ligno compactam omnes conſentiunt. Aedis hodiernæ, & eius amplitudinis atque magnificentiæ poſuit prima fundamenta *VVernherus* Habsburgius,Epiſc.Argentinenſis anno Chriſti 1015. teſte Chronographo quodam Anonymo,qui ita ad illū annū; *Monaſterium S. Mariæ Virginis in Argentina ſurgit primò à fundatione ſua.* Perfectionem demū accepit anno 1275. Turris verò ea quæ ſectili marmore,atque annularijs ſcalis vndequaque viſum peruijs ad Pyramidis figuram in conū gracileſcens, cunctorum prętereuntium oculos in ſe conuertit, biennio poſt incepta,anno 1277. Architecto *Erbumo à Stainbach*, qui perduxit ad quartam vſque teſtudinem anno

1305.

1305. Cetera ad coronam perfecerũt Pragengenſes anno 1439. Finis impoſitus anno 1444. Gradus eius ſunt DC. XXXV. Adſcenſus primò per cochleas quatuor, hinc per octo, craſsitudine paulatim ſe contrahente. Altitudo turris vniuerſa pedum geometricorum D. LXXIV. Varia huius Sacræ ædis fuêre diuerſis quoque temporibus incendia; vnde & inter ædificandum prolongata mora, ſed ſemper reſurrexit, veluti è cinere phœnix, pulchrior atque viuacior, eamq; de ſe apud pleroſq; omnes opinionẽ generauit, vt inter orbis miracula cẽſendã non immerito iudicent.

COLLEGIVM CANONICORVM S. *Petri Senioris.*

CEterum primũ & antiquiſsimũ Argentinæ templũ *S. Petri* eſt, quod *Senioris* vocant, ad alterius differentiã, conditi multis poſt annis. Senioris enim origo & conſecratio *D. Materni* eſt. Is multis in vrbe & in propinquo cõuerſis iſtud Chriſtianis nouis, in quo ſua colerẽt Sacra, templũ eorũ opibus & auxilio conſtituit, & D. Petri Apoſtolorũ Principis; cuius auctoritate & mãdato ad ea loca primũ appulerat, titulo & nomine inſigniuit, atq; dedicauit. Ab eo quoq; ſua initia repetũt *Ebersheim* monaſterium, & D. Petro pariter cõſecrata ædes apud *Mellesheimiũ*, quæ vulgò *Dompietro* dicitur, ſiue *Domus Petri*. Atque hæc tria vetuſtiſsima ſunt Chriſtiano ritu, & cultu in Alſatia exſtructa, & frequentata templa.

COL-

COLLEGIVM CANONICORVM S. Thomæ.

S. Thomæ collegij (fuit prius monaſterium Scotorum, ex primis etiam vrbis ſacris ædibus) auctor incertus eſt, niſi quod D. *Florentio* tertio Epiſcopo tribuitur, qui in eo quoque primò ſepultus. Reſtituerunt collapſum *Adelocus*, incendio conſumptū *Guilihelmus* ſucceſſores Epiſcopi. Certè D. *Thomam* è primis XII. Germaniæ fuiſſe apoſtolum & Hieronymus teſtis atque Sophronius, & ante vtrumque vetuſtiſsimus Chriſti Martyr Doſitheus. Vnde & in antiquiſsima illa Græcolatina Litania Germanis inferoribus maximè ad oſtia Rheni etiam nunc vſitata, proximum ſtatim à D. Petro & Paulo, locum D. Thomas obtinet, vt non immeritò poſt illos primas ipſe veteres Chriſtiani conſecrauerint ædes Argentorati. Vltraiecti & alibi.

COLLEGIVM CANONICORVM S. PETRI Iunioris.

Collegiū Canonicorū D. Petri iunioris an. 1031. fuit idē *Guilihelmus* Epiſc. Hethelo adauxit, cum prius ibidem eſſet ſacellum D. Columbæ.

COLLEGIVM OMNIVM SANCTORVM.

Omnium Sanctorum collegium auctorē habet *Henricum à Mulnheim* Equitem: cui poſteri multa addiderunt. Præt er

Præter has quatuor collegiatas Eccleſias, erant in vrbe Argentinenſi totidem Parochiæ *S. Aureliæ, S. Andreæ, S. Martini*, & *S. Nicolai*. Ita Franciſcus Guillimannus lib. de Epiſcopis Argentinenſibus, cap. 9.

CAPVT XII.

S. SERVATII COLLEGIVM TRAiectenſe ad Moſam in d. Leodienſi.

S. Seruatius Tungrorum Epiſcopus, eo tempore quo Hunni Germaniam vaſtabant, ne ciuitatis atque Eccleſiæ ſuæ videret excidium, Domini reuelatione commonitus, tranſijt ad vicum Traiectenſiũ, ibiq; defunctus & ſepultus eſt. Ob cuius meritũ omnibus demonſtrandũ, cùm tempore hiemis omnia in circuitu nix repleret, nunquam ſepulchrum eius operuit, donec induſtria ciuium Baſilica ſupra ipſum ædificata eſt à ſucceſſore eius *S. Monulpho*, qui octauus ab eo inter Epiſcopos Traiectenſes recenſetur.

Fuit autem, vt Gregorius Turonenſis Epiſcopus ſcribit, vir eximiæ Sanctitatis, qui vigilijs ac ieiunijs vacans, crebrò lacrymarum imbre perfuſus, miſericordiam Domini precabatur, ne vnquam Hunnorum gentem incredulam in Gallias venire permitteret. Sed ſentiens per ſpiritum, pro delictis populi hoc ſibi non fuiſſe conceſſum, Romam iuit ad B.

Petri

Petri tumulum, vt adiunctis ſibi Apoſtolicæ virtutis patrocinijs, quæ flagitabat, mereretur faciliùs obtinere. Ibi verò multis diebus ſeſe oratione & maxima inedia affligens, reſponſum accepit, à Domino ſancitum eſſe, ab Hũnis Gallias depopulandas, ipſius autem oculos ea mala non viſuros. Quo reſponſo ſuſcepto, celeriter redijt ad vrbem Tungrorum; valeque dicens clericis ac reliquis ciuibus vrbis, denunciat illis cũ fletu, quia nõ viſuri eſſent vltra faciem ſuam. Itaq; ad Traiectenſem vrbem accedens, modica pulſatus febre, receſsit à corpore; ablutuſque à fidelibus, iuxta pontem aggeris publici eſt ſepultus.

Collegium porrò ac templum S. Seruatij Traiectenſe fundationem ac Dotem ſuam debent *Sancto Monulpho* Traiectenſi Epiſcopo, qui, vt Gregorius Epiſcopus Turonenſis atteſtatur, *Magnum templum Traiecti in honorem Sancti Seruatij conſtruxit, compoſuit, & ornauit: in quod multo ſtudio, & veneratione tranſlatũ corpus magnũ virtutibus pollet.* Clericos Deum timentes ibidem inſtituit, quos monuit ſemper ſecundùm canonica inſtituta in omnibus viuere. Prædiorum ſuorum, inter quæ eſt caſtrum *Dionantum* Beatũ Seruatium ſcripſit hæredem, in cuius Eccleſiæ medio omnibus dignè peractis, ſepultus eſt, poſtquam 39. plus minùs annis fuiſſet Epiſcopus.

In Collegio Seruatiano Canonicatum obtinet

net Dux Brabantiæ, vt Rex Galliæ in collegijs Turonenſi, Andegauenſi, & Cabilonenſi.

MARIAE COLLEGIVM TRAIECTENſE ad Moſam.

HVius Collegij originem nonnulli rerum Leodienſium ſcriptores *S. Monulpho* Epiſcopo Traiectenſi adſcribunt. Memini me legere in Rubræ Vallis monaſterio apud Bruxellam. Hæc ferè verba in manuſcripto chronico Epiſcoporum Leodienſium: *S. Monulphus Traiecti Eccleſiam B. Mariæ fundauit, eoq; ſedem tranſtulit Epiſcopalem, in qua præſederunt decem Epiſcopi Traiectenſes, quorum ipſe fuit primus, & S. Hubertus vltimus*. Alij tamen id negant; & ſcribunt S. Monulphum circa annum Chriſti 581. templum honorificum Traiecti in honorem S. Seruatij ædificaſſe, atque in illud corpus S. Seruatij ac ſedem Epiſcopalem tranſtuliſſe. Vide Gregorium Turonenſem libro de gloria Confeſſorum capite ſeptuageſimo ſecundo.

Obijt autem S. Monulphus anno 609. in templo Sancti Seruatij ſepultus, vt diximus.

In hoc templo adſeruatur magna pars Crucis Dominicæ, cum veteri inſcriptione Græca: de qua vide Gretſerum lib. de Cruce.

CAPVT

CAPVT XIII.

S. HERMETIS ROTNACENSE Collegium in Comitatu Flandriæ & diœceſi Mechlinienſi.

ROtnacenſe Canonicorum monaſteriũ in honorem SS. Petri & Pauli Apoſtolorum fundauit *S. Amandus* Traiectenſis Epiſcopus; teſtibus Chronographo Cameracenſi, & Iacobo Guiſio Hannoniæ Chronographo. ſcribunt ijdẽ hoc in loco pretioſum Dei Martyrẽ Hermetẽ quieſcere,& monaſteriũ iſtud à Ludouico Pio Imp. Caroli Magni filio, Indenſi Benedictinorum monaſterio (quod hodie S. Cornelij dicitur, apud Aquas Grani ſitum) cum vniuerſis poſſeſsionibus eſſe donatum.

Balduinus tamen Chronographus teſte Iacobo Guiſio iam citato, Rotnacenſis monaſterij fundationem Gerardo Rouſsillonio attribuit, aitque eum floruiſſe tempore Caroli Martelli, & cùm liberis careret, fundaſſe inſuper Baſilicam Antonienſem, Baſilicam Lutoſanam,Baſilicam Realcourtanã,ſeu Raucurtenſem & Baſilicam Condatenſem.

Cæterum Guiſius, ad diuerſas iſtas opiniones conciliandas, ait fieri potuiſſe, quoniam duæ Rotnaci ſunt Baſilicæ veteres, vt earum vna à S.Amando,altera à Gerardo Ronſsillonio

nio ſit fundata; ſucceſſu autem temporis Re-
ges ac Principes de ijs pro ſuo libitu ſtatuiſſe.
Gerardus porrò cognomento Ronſsillonius,
Comes Burgundiæ, Neruiæ, & Bracbatenſis
tractus, vxorem habuit filiã Imperatoris Cõ-
ſtantinopolitani, ſororem vxoris Caroli
Martelli, & contra eundem Carolum Martellum, rupto amicitiæ vinculo, diu bellum
geſsit. Factumque vt multa caſtra à Gerardo
ædificata ſint bellicis furoribus deleta, vt *Gerardi nionis, Manſley Gerardimez*, & caſtrũ Viermenſe, inter Angianum & Gerardi Montem
ſitum. Inita demum pace, cùm Gerardus nullos haberet liberos, fundauit monaſterium
Luteſanum, cui *Badilonem* præfecit Abbatem;
Baſilicam *Antonienſem*, in qua *Corpus S. Maximi*
Epiſcopi Regienſis & Doctoris Eccleſiæ collocauit, monaſterium *Condatenſe* in honorem
B. Virginis, in quo moniales collocauit, Baſilicam *Rotnacenſem* in honorem S. Petri, item
Baſilicam *Roicurtenſem* ſiue *Royaulcourtenſem*,
in qua corpus S. Hadriani Martyris collocauit, quod inde Balduinus Flandriæ & Hannoniæ comes ad Gerardimontenſe monaſteriũ
tranſtulit; Item Baſilicam de *Hontaing*, in qua
corpus S. Quirini Martyris, & alias Baſilicas
varias, quas reliquijs Sanctorum varijs decorauit.

Idem Gerardus per Badilonem Abbatem curauit corpus S. Mariæ Magdalenæ Aquis A-

quitaniæ opido Vizeliacum in Burgundiam transferri, indeque partem eius Lutoſam deuehi.

Ita Guiſianus in manuſcrip. Hannoniæ Chronicis libro II. vide & Molanum in natalibus Sáctorum Belgij & Meyerum, in Annalibus.

Capvt XIV.

Nivellense Collegivm Canonicorum & Canoniſſarum in Brabantia.

S. Gertrudis Virgo, Filia Pipini Primi Brabantiæ ducis, clariſsimis & per totam Europam peruulgatis, orta natalibus, ab ipſis pueritiæ annis viam mandatorum Dei ingreſſa, omnem lubricæ ætatis leuitatem fugiebat, & aſsiduè matri *Itte* adhærens, ab ore eius trahebant verba vitæ & diſciplinæ. ancillis ſuis ſe ancillam præſtabat, nec vſquam natalium ſuorum ſublimitatem attendebat. Dum autem altiori propoſito virgineæ pudicitiæ ſigillum conſecrare vult auctori caſtitatis Domino Iesv, ſuperuenit ad ædes paternas Rex *Dagobertus*; in cuius comitatu erat Ducis cuiuſdam Auſtraſiorum filius, qui eam in matrimonium poſtulauit. Sed Virgo Regi, parentibus & reliquis Principibus reſpondit: *Ego mihi Sponſum delegi, cuius æterna pulchritudine omnis*

mnis creaturarum pulchritudo reſplendet: in cuius diuitÿs cœlum, & terra, & omnis ornatus numeratur; cuius nobilitatem Angelica ſublimitas cum tremore veneratur. Confuſus procus deſtitit; qui tamen poſtea contra eam bellum reſumpſit, apud Pipinum eam de pueri'i propoſito arguens. Quare piæ matris auxilio in orientalem Franciam fugit, ad locum qui de nomine Caroli, *Karleburg* nuncupatur. Vbi ob votum tutandæ caſtitatis inſignem Baſilicam ædificauit; atque fugæ eius comites *Atalongus* Præsbyter (cui poſtea Sancti Kiliani & Sociorum corpora ſunt reuelata) & *Bernardus* Diaconus diuina myſteria celebrarunt. Remeauit autem ad propria, poſtquam indignus ille petitor thalami, iudicio Dei percuſſus, interijt. Nec multò poſt obijt pater *Pipinus*, foris reuerenda canicie candidus, intus bonorum operum ſplendore perornatus. Tum venerabilis matri ſedula & officioſa adhærebat, cùm terebat limina Eccleſiæ; vacabat ieiunijs, orationibus, Sanctorumque neceſsitatibus. Ijs temporibus ſuperuenit *S. Amandus* Traiectenſis Epiſcopus, à quo Itta matrona caſtę profeſsionis velamen accepit, & domum in Sanctimonialiũ monaſteriũ, eiuſdem Antiſtitis conſecratione commutauit. Ob quod factũ multas calũnias & iniurias cũ Gertrude filia ſuſtinuit. Quæ anno verò pòſt inter virgines, ſuſcepto velamine cõſecrata, vnanimi conſenſu ad cœnobij re-

gimen eſt expetita, iuuencula quidem ſed in doctrina diſcreta; in patientia longaminis; in abſtinentia fortis; mundiſsima charitate; manſuetiſsima pietate; infirmitati proxima per compaſsionem; virtutibus congaudens per charitatem; in eleemoſynis & hoſpitalitate maternæ traditioni fuit cooperatrix, omnia prædia ampliſsimi patrimonij Eccleſiæ conferens, in vſum ſanctimonialium, pauperum, ac peregrinorum. Itaque *Foillanum*, *Vltanum*, alioſque tranſmarinos viros, lucra animarum quærentes, lætiſsimè ſuſcepit; quoſdam apud ſe retinuit; ſed & pretioſos codices, & ex Vrbe Roma pignora Sanctorum acquiſiuit. Inter hæc Dominicæ ſeruitutis augmenta Beatus ita ad Dominum migrauit. Porrò *S. Gertrudis* onus, quod ei iam ſoli incumbebat, in plures diuiſit, exemplo Moyſis, qui Decanos & Centuriones aſſumpſit: foris enim agenda fratribus in timore Dei perfectis commiſit, intus matres ſibi adiunxit ſpirituales. Cùm autem in meditatione Scripturarum & aſſenſu virtutum proficeret, diuina pietas ancillam ſuam iucundæ lucis viſione eſt conſolata. Eodem etiam tempore legatos ſuos in mari periclitantes, licèt abſens corpore, præſentiſsima ereptione liberauit. Nec multò poſt B. Foillani Martyris corpus, indicio ſupernæ reuelationis, inuenit. Ceterùm extenuata abſtinentia, vigilijs, alijſque

cœleſti-

cœleſtibus diſciplinis, omne onus ſuum co-
gnatæ *VVolfetrudi*, etſi nolenti, impoſuit: &
pſa reliquum trium menſium tempus in om-
ii ſanctitatis augmento expendit, tantò in-
tantiùs, quantò ſe breuiùs hic futuram diui-
a reuelatione didicerat. Poſt obitum, pom-
am ſibi adhiberi noluit, ſed corpus tegi cili-
io, quo vti conſueuerat, & caput velo penè
ullius pretij, quod peregrina Sanctimonialis
li pro benedictione miſerat. His ordinatis,
t certum diem ſuæ vocationis agnoſceret,
iiſit ad *Beatum Vltanum*, quem cœleſtis con-
erſatio iam dudum Angelicis alloquijs di-
num fecerat. Qui reſpondit: *Craſtina die in-
a Miſſarum ſolennia corpore abſcedet: ſed non tre-
det, in exitu ſuo Sanctum Patricium cum angelis
uium habebit*. Illo itaque die, anno ætatis 33.
mpto ſacratiſsimo corporis & ſanguinis
hriſti Viatico, animam ſuam creatori reddi-
t, & mox ſuauiſsimus odor repleuit totam
llulam, vbi ſacrum corpus iacebat. Cuius
ſtes ſunt *Richinus* & confrater eius, qui pri-
us, ſuppreſſo nomine, vitam virginis, quam
ulis ſuis viderat, ſimplici & ruſtico ſtylo,
l veraci ſermone conſcripſit. Sepulta eſt au-
n in Baſilica principis Apoſtolorum; &
ſt mortem apparuit *Modeſta*, Treuirenſis
onaſterii Abbatiſſæ. Multa etiam miracula
reliquias eius & ad lectulum contigerunt.
ibus commota germana ſoror *Begga*, poſt

obitum viri ſui ſimile monaſterium Andennæ conſtruxit, ad quod ex Niuella ſorores euocauit. Inde etiam inter reliquias partem lecti accepit, ad quam multa miſeris beneficia obtigerunt. Hactenus ex hiſtoria qua Niuellenſis Eccleſia vtitur, quæ etiam ferè omnia habet Surius ad diem decimum ſeptimum Martij. Nomen autem huius virginis non inter Brabantos tantùm, ſed etiam apud exteros eſt celebre. Nata eſt *Landa*, vbi celebre quondam erat Pipini, Primi ducis Brabantiæ, palatium, ſed nunc exiguum eſt oppidulum. Domina fuiſſe aſſeritur Bergis ad Zomam, Bergis S. Gertrudis, Niuellæ, & Vorſti, ſiue Foreſti, in Kempinia. Obijt autem 664. in die B. Patricij Hibernorum Apoſtoli, qui, vt dictum eſt, in morte ei obuiam venit. Quo declarauit quantum ſibi placuerit, quod *Foillanum Vltanum*, alioſque Apoſtolicos ex Hibernia prædicatores receperit, & fouerit. Multas paſsim habet Eccleſias in ſui honorem conſecratas. Louanium, prima Ducatus Brabantiæ ciuitas, eam vt primam Brabantiæ plantā feſto die honorat, ex conſtitutione Honorij III. Ipſam etiam Vſuardus Martyrologio inſeruit, ætate Caroli Magni. Scribit enim die decimo ſeptimo Martij: *Monaſterio Niuigella, Sanctæ Gertrudis virginis*. Sed id modò eſt Capitulum vtriuſque ſexus, in quo Canonicæ, eæque nobiles & ſæculares, digniorem obtinent

nent locum. Quæ etiam patronæ ſuæ memoriam annuè aliquoties repetunt.

Quod ſi, quæras quo loco habendæ ſint Canonicæ, quas Teutonia frequentes habet, & vulgari voce Canoniſſas nominat, tractat de ijs Claudius Eſpencæus lib. 2. de continentia cap. 12.

Ceterùm Sigebertus Gemblacenſis, teſtatur ſuo tempore conflagraſſe Eccleſiam Sancti Gertrudis Niuellenſem, poſt negligentiam & incuriam effuſi ſanguinis, quæ reædificata, benedicta eſt à VVazone, Epiſcopo Leodienſi præſente Henrico Imperatore.

Anno itaq; ſexcenteſimo quinquageſimo à fundamentis excitatum eſt Monaſterium Niuellenſe, quod veteres Niuigellenſe & Niuialenſe appellant, cuius initia his verbis Sigebertus in Chronico deſcribit : *Anno IↃCL, Itta relicta Pippini, inſtinctu Sancti Amandi, ſe & ſua Deo vouens, Monaſterium Niuialenſe fundauit, eiq; filiam ſuam Gertrudem, Deo dignam virginem præfecit.* Ceterũ Itta ſiue Iduberga vxor fuit Pipini I. Landenſis, quem primum Brabantiæ ducem nominant: quo an. 647. defuncto, hortatu *Sancti Amandi* Traiectenſis Epiſcopi propriæ domus faſtigia in Eccleſiam comutauit, eamque Petro dicatam prædijs atque ornamentis plurimis dotauit. Deinde inter Miſſarum ſolennia

de manu dicti Præſulis Amandi ſacrum velamen accepit, ſeque redigens in numerum ſanctimonialium, quas ibidem ad ſeruiendum Deo ordinauerat, nobiliſsimæ ceruici nobilius iugum impoſuit dominicæ ſeruitutis. Quam ſemitam annis XII. poſt obitum pij coniugis indefeſſo gradu cucurrit; quibus tranſactis ad æternæ felicitatis brauium, anno ætatis ſuæ 60. peruenit. Sigebertus in Chronico notat eam obijſſe anno 658.

Eſt verò Niuella veteribus Niuigella, non contemnendum Brabantię opidum, cuius dominium eſt penes illuſtre nobiliſsimarum virginum Canonicarum collegium. Sunt autem eæ numero duæ & quadraginta, quibus quæ præeſt, hodieque Abbatiſſa nuncupatur. Præter Canonicas eſt in eadem Baſilica & Canonicorum triginta collegium, qui ſolennioribus anni diebus feſtis in eodem cum virginibus Odeio ſeu choro Sacra celebrant; reliquo autem anni tempore ſeparatim in ſacello vicino munia ſua obeunt.

Capvt XV.

S. Fvrsei Collegivm Peronenſe in Picardia, regni Galliæ Prouincia, & Latiniacenſe, in diœceſi Pariſienſi.

S. Furſeus cùm annis aliquot apud Hibernos, Scotos, Britones, & Anglos verbum

bum Dei diſſeminaſſet, in Galliam tranſiuit; & Atrebati primũ prędicauit, poſtea Latiniaci & alibi. Excanaldus, Maior domus regiæ S. Furſeo locũ dedit Latiniaci, vbi monaſteriũ conſtruxit. Aedificauit idem Princeps ei Peronæ alterum monaſterium cum Eccleſia. S. Furſeus autem ſuo exemplo multos inſignes & ſanctos prædicatóres in Belgium euocauit, inter quos fuerunt germani eius fratres, *Foillanus* & *Vltanus*. Quare mirum non eſt Apoſtolicos Belgij noſtri Epiſcopos, *Eligium* & Aubertum, quarto poſt obitum anno, corpus eius, quod omninò incorruptum Peronæ deprehendebant, è terra ſubuexiſſe.

Eſt autem Perona, vrbs Picardiæ ſitu & aquis munitiſsima, in finibus regni Franciæ, verſus Belgas.

Latiniacum, Gallicè *Laigny*, opidum eſt diœceſis Pariſienſis, ad Sequanum fluuium.

Vtriuſque opidi collegium, auſpicia ſua debet S. Furſeo.

CAPVT XVI.

B. MARIAE ET S. VVAGNVLPHI collegium Condatenſe vulgò Condè, *in Hannonia.*

S. Vagnulphus Quilhort in Condato Hãnoniæ opido, & videtur annumerãdum titularibus Epiſcopis qui ad Paganorum

conuerſionem circa annum Chriſti 651 tẽporibus S. Vincentij Hannoniæ Comitis venerunt. Teſtatur enim Vincentij hiſtoria, Beatum VVaſnulphum ſæpius ex Condato ad eum in Altum montem veniſſe.

Quædam Martyrologia noſtratum Eccleſiarum ſic habent: *Qui de Scotia inſula marina veniens in ſaltum Theraſcia, in loco qui nunc vocatur Cella, multis diebus laudabilem vitam duxit. Poſtea verò ductu angelico ad Monaſterium Dei genitricis Mariæ, Condatum nomine, perueniens, ibi vſque ad obitum Domino ſeruiuit.* Huc pertinent etiam Chronici Cameracenſis verba ad Gerardum II. Epiſcopum: *Apud villam,* inquit, *Condatum quondam regalis fuit & diues Abbatia puellarum in honorem S. Mariæ virginis. deinde præ inopia paucorum monaſterium exſtitit Canonicorũ. Vbi Sanctus VVaſnulphus, tranſcurſo feliciter huius vitæ ſtadio, in pace quieuit, multis annis clarus miraculis. Scotus hic erat natione.* Eſt autem Condatũ Hannoniæ opidum, in quo monialium loco, inſigne Canonicorum collegiũ à multis iam ſæculis reſedit. Huius collegij Decanus, patrum memoria, fuit *Ioſquinus Pratanus,* Muſicus excellentiſsimus, qui primus ferè artem Muſicam in ordinem redegit, multiſque eam partibus auxit. Obijt anno Chriſti 1501. Condati Odeio ante aram ſummam conditus.

Ioſquin de prè.

Præbendas, vt vocant, Tredecim in Condatenſi B. Mariæ Virginis Eccleſia primus inſtituit.

ſtituit, Arnoldus Hãnoniæ Comes qui & Hibertũ Cameracẽſem Epiſc. ſedi ſuæ reſtituit.

Alias deinde Præbendas Arnoldi ſucceſſores, alijq; viri nobiles inſtituerunt. Ita manu ſcripta Hannoniæ Chronica: ſed Guiſius paulò aliter. Vide ſupra cap. 13.

CAPVT XVII.

S. FREDEGANDI COLLEGIVM *Monaſterienſe Canonicorum & Canoniſſarum in Comitatu & d. Namurcenſi.*

S. Fredegãdus Præsbyter ex Hibernia in Galliam venit cum Foillano & alijs Apoſtolicis viris. Locus verò in quo quieſcit, eſt Monaſterium ad Sabim Fl. hodie Sambrã, à B. Amando Epiſcopo traiectenſi in honorẽ S. Petri conſtructum, duobus milliaribus à Namurco; vbi antiquitus fuiſſe congregationẽ monaſticè viuentẽ ipſum nomen indicat. Sed nunc eſt collegiũ Canoniſſarũ. Eſt etiam celebris S. Viri memoria in Turnino vulgò *Dorne* apud Antuerpiam: ibi enim quieuit, ferturq; is locus muris cinctus fuiſſe, cùm ijs adhuc Antuerpia careret. Qua autem de cauſa inde translatum fuerit Sanctum corpus, pulchrè explicatur in Beati Gummari tranſlatione, hiſce verbis: *Normanni per Fluuium, qui dicitur Scinda, ad Villam Turninum deuenerunt; vbi erit Monaſterium S. Fredegandi Confeſſoris. Sed Deus propter iniquitatẽ habitantiũ exoſus*

Locum

locum reliquias ipſius iuſsit altè tranſportari, vt nullum eſſet obſtaculum cõtra deſolationem. Quibus ſublatis, velut muro & turribus ciuitatis deſtructis, irruit gens inimica, & incendio perdidit omnia ædificia: ipſumq́; monaſterium conſumpſit; homines partim trucidauit, partim captiuos abduxit. Iſta etiam leguntur in Collegiata Eccleſia monaſterienſi. Sic ferè Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij.

Capvt XVIII.

Andomaropolitanvm beatæ Mariæ collegium, hodie Cathedrali dignitate illuſtre in Artheſia.

Baſilicam B. Mariæ in Sithium, quæ nunc eſt Cathedralis Canonicorum S. Andomari Eccleſia. fundauit S. Bertinus Abbas. Qua de re ſic Ioannes Iperius in Chronico ſuo Bertinenſi:

B. Bertinus Eccleſiam ſuam (quam hodieq́; monachi Benedictini Bertinenſes obtinent) de veteri monaſterio transtulerat in locum commodiorem, ſed quia ille tunc ſic paludoſus erat, vt in eo cœmiterium habere non poſſet, à B. Andomaro Epiſcopo conſilium quærit & opem. Qui coemit erium in collis vertice, & Baſilicam conſecrauit in honorem B. Dei genitricis Mariæ, & Domino Bertino dedit in ſepulturam fratrum Sithienſium, rogans eum & obteſtans, vt vbi naturæ ſors humanis eum rebus eximeret, corpus ſuum ad hanc Baſilicam deferretur, & ibidem cum

monachis

monachis conderetur. Tunc B. Bertinus ordinauit de ſuis monachis, qui Deo ſeruirent ibidem, & vt de monaſterio ſuo principali ad capellam, & è contra viciſſim per menſes & hebdomadas ſibi ſuccedant. Vnde Sanctus Præſul Andomarus priuilegium dedit, quod ſic incipit: Dominis ſanctis ac venerabilibus mihi adhęrentibus fratribus,&c. Actum in Baſilica ipſa, die XVIII. Maij, anno VI. Domini noſtri Lotharij Regis. In Chriſti nomine, quamuis peccator ego Andomarus nomine, abſque merito Epiſcopus, hanc Epiſtolam voluntarius dictaui, & receſſeri audiui,& qui ſubterius ſcribere deberent, rogaui. Hæc abſque ocellis feci,& alius manū meam tenens ſcripſit & ſubſcripſit. *Et quia huius priuilegij data eſt anno Lotharij VI. & aliqua Chronica dicunt hunc Lotharium regnaſſe ſolùm annis IV. hoc intelligo de quattuor annis in ſe completis, vt iunctis parte anni præcedentis & parte anni ſequentis, veniatur ad annum eius ſextum, in quo datum eſt hoc priuilegium. Sigillum enim regium nec fallit nec fallitur. Hactenus Chronographus Bertinenſis.*

Eſt autem Andomaropolis, Gallicè *Sainct Omer*, Vrbs Arteſiæ, quæ anno 1559. dignitatem Epiſcopalem accepit.

Capvt XIX.

S. Beggae Andennense Collegium Canonicorum & Canoniſſarum in Comitatu & d. Namurcenſi.

Circa annum Chriſti 673. vel proximè ſequentes *S. Begga*, ſoror S. Gertrudis Niuellenſis, poſt cædem mariti ſui *Auſegiſi* Monaſteriũ ſeu Collegium Andennenſe haud procul à Moſa Fluuio fundauit, & ab Agulte Abbatiſſa Niuellenſi Virgines ac Sanctorum reliquias petijt vt cœptum poſſet opus abſoluere. Id disertè legitur, in vita Sanctæ Gertrudis & S. Beggæ. Sigebertus autem Gemblacẽſis iſta ad annum 686. refert. Vide Supra cap. 14.

Eſt autem Andana, ſeu Andenna, vt Sigebertus in Chronico nuncupat, pagus inſignis in Comitatu & diœceſi Namurcenſi ad Moſam Fluuium ſitus, in quo ſeptem Baſilicæ ſeu Sacella, per S. Beggam excitata hodieq; viſuntur. In primaria autem Baſilica reſidet inſigne nobilium Virginum Canonicarum, (quæ triginta ſunt numero) collegium, quibus Canonici decem in Diuinis officijs ſubſeruiunt.

Obijt autem Begga anno 698. Martyrologij Romani tabulis ad diem 17. Decembris adſcripta.

Multi

Multi Begginas virgines, quarum apud Beggas plurimi ac copioſi ſunt conuentus, à Sancta Begga nomen,& inſtitutum accepiſſe exiſtimant. Et verò multa hodieq; Begginis cum virginibus iſtis, quas Canonicas nuncupamus, ſunt communia, vtpotè quod vtriſq; licitum ſit ad nuptias tranſire, & ſeparatim habitare. Perpetuo enim Caſtitatis voto ſeſe obſtringere nec hę, nec iſtæ ſolent. Quanquā non ſum neſcius, multos contendere, olim Canonicarū iſtarū, vt ceterarum virginū collegia, ſi non omnia, ſaltem pleraq; voto ſeſe caſtitatis perpetuæ ſolita obſtringere; etſi id ipſę Canonicæ ægrè forſitan admittant. Qua de re vide Molanum libro de Canonicis. *Begginarum Virginum origo.*

CAPVT XX.

S. MARTINI COLLEGIVM METROpolitanum Vltraiectenſe, & alia eiuſdem Vrbis.

IN Diœceſi Vltraiectina opida muris cincta ſunt iſta: Vltraiectum, Amerſfordia, Narda, Muda, VVeſopia, VVœrdena, Leida, Haga comitis, Delfi, Brila, Gerflitum; Schidamum, Vlardinga, Roterodamum, Dordracum, Gorcomium, Hukela, Aſpera, Tiletum ſiue Tiltum, Bura, Culenburgum, Viana, Aquæ veteres, Sconhouia, Gauda, Montfortum, Iſelſtenium, Rhena, VVageringa, Arnhemium, Embrica, & Huiſſenium. Ex quibus

quibus duo poſteriora opida publicum hodieque habent exercitium Religionis Catholicæ.

In vrbe porrò Vltraiectina quinque ſunt Canonicorum collegia, videlicet *S. Martini, S. Saluatoris, S. Petri, S. Ioannis Baptiſtæ,* & *S. Mariæ.*

Eſt autem Vltraiectum, medij æui ſcriptoribus Traiectum, Vetus Vrbs Batauorum ad Veterem Rheni alueum ſita: in qua ſedem Epiſcopalem cõſtituit S. VVillibrordus, primus Friſiorum (quo nomine & Bataui, Brabanti, aliiq; populi vicini tunc cõprehendebantur) Archiepiſcopus à Sergio Papa ordinatus: vt in hiſtoria gentis Anglorum tradit Beda.

De illius Eccleſiæ origine ac progreſſu fuſè tractant Ioãnes Becanus & Guilielmus Heda in ſuis libris de Epiſcopis Vltraiectenſibus.

PIPINI REGIS FRANCIAE DIPLOMA *Eccleſiæ Vltraiectenſi conceſſum.*

Pipinus Rex Francorum, Vir illuſtriſ. Si petitionibus Sacerdotum in omnibus non negamus, dominum exinde retributorem habere confidimus. Ideoq; venerabilis vir Bonifacius Archiepiſcopus expetijt, vt confirmationem de rebus Eccleſiæ S. Martini, quæ eſt conſtructa in vico, qui dicitur Traiecto ſuper fluuium Rheni, eaq; quæ Pipinus de Harſtel

donaui

donauit Sancto Martino, ſeu Carolus vel Carolomannus renouare vellemus. Ideoq; & quod Pippinus Rex Francorum ad caſam Dei conceßit, vel ad ipſum Epiſcopatum, vt omnem decimam de terris ſeu mãcipijs, aut de telonijs vel negotijs, aut vndecumque à partibus fiſci cenſus ſpectare videbatur, ſicut diximus omnem decimam partem ad ipſam caſam Dei S. Martini, in qua Dominus Bonifacius Archiepiſcopus cuſtos praeeſt, conceßimus, vel confirmauimus, in luminaribus, ſeu in ſtipendijs monachorum, vel Canonicorum, qui ibidem Gentiles ad Chriſtianitatẽ conuertunt, & dum miſericordia ipſos, quos habent cõuerſos, doceant, iuxta quod alij Chriſtiani ipſorum Chriſtianitatem conſeruant, & in eorum praeceptiones contineri videntur, quod anteceſſores noſtri ſupradicti Carolus & Carolomannus ad ipſam caſam Dei per eorum inſtrumenta condonauerunt, & iuſtè ac rationaliter nos per noſtram confirmationem & gratanti animo conceßimus vel confirmamus, cognoſcite. Et vt haec auctoritas confirmationis noſtrae firmior habeatur, & per tempora melius conſeruetur, manus noſtrae & ſignaculis ſubter eam decreuimus roborare. Signum Pippini glorioſi Regis Francorum, Vuiemarus recognoui & ſubſcripſi, Datum quod fecit menſe Maio die XXIII. Anno II. ipſius glorioſi Regis. Actum Virmeia palatio publico in Dei nomine feliciter.

Sunt nonnulla hic obſcuriora, nihil tamen temerè auſi fuimus immutare.

ALTERVM REGALE DIPLOMA PIPpini de rebus Eccleſiæ S. Martini.

Pippinus Rex Francorum. Notum ſit omnibus agentibus noſtris tã præſentibus, quàm futuris. Principalis quidam clementia cunctorum decet aurem accommodare benignã, præcipuè quæ per cõpendiũ animarũ à præcedẽtibus principibus parẽtib. noſtris ad loca Eccleſiarũ probamus eſſe indulta, deuota debemus mente perpendere, & congrua beneficia, vt mereamur ad mercedem participes, nõ negare, ſed robuſtiſſimo iure noſtris oraculis confirmare. Igitur Apoſtolicus vir, & in Chriſto Pater Bonifacius vrbis Traiectenſis Epiſcopus clementiæ regni noſtri ſuggeſſit, eo quod anteceſſores noſtri, vel parentes Clotharius quondam Rex, & Dagobertus, Cheodebertus quõdam per eorum auctoritates, eorũ manu ſubſcriptas, de villis S. Eccleſiæ, S. Martini, quas ad præſens poſſidebat, vel quod à Deum timentibus hominibus ibidem in antea delegabant, integra immanitate conceſſiſſent, vt nullus iudex publicus ad cauſas audiendũ, vel freda exigendum, nec manſiones vel paratas faciendum, nec fideiuſſores tollendum, nec homines illius Eccleſiæ de qualibet cauſſa diſtringendũ, nec vlla redibitione requirendum, ingredi non debeat, vnde & ipſa præceptionẽ iam dicti Principis, ſeu & confirmationem illorum Regum, vel eorum manibus, antedictus Pontifex Bonifacius nobis oſtendit relegendas, & ipſum beneficium circa eandem Eccleſiam Sancti Martini ſicut à ſupradictis Principib. fuit indultũ, moder-

Sunt & hic quędã obſcuriora.

moderno tempore aſſerit eſſe conſeruatum. Sed pro affirmantis ſtudio petijt celſitudinem noſtram, ſed hoc de vno ſuper eandem ſupra memoratam Eccleſiam Sancti Martini noſtra debuerit auctoritas generaliter confirmare. Cuius petitionem pro reuerentia ipſius, vt mereamur ad mercedem ſociari pleniſſimam, voluntati viſi fuimus præſtitiſſe, vel in omnibus confirmare; cognoſcite. Præcipientes ergo iubemus, vt ſicut conſtat ab antedictis Principibus de villis præfatæ Eccleſiæ D. Martini integra immunitate abſque introitu iudicum fuit conceſſum, ita & in antea auxiliante Domino inſpectæ priorum Principum auctoritates omnimodis conſeruentur, & neque nos, neque iuniores, ſucceſſoreſq́; noſtri, nec vllus quislibet de iudiciaria poteſtate in villas antedictæ Eccleſiæ quæ moderno tempore vbicumque in regno noſtro noſcuntur, vel in antea à Deũ timẽtibus hominibus ibidem fuêre collatæ aut collaturæ, tã de ingenuis, quam de ſeruiẽtib. vel de qualibet natione hominũ in prædictis ipſius Eccleſiæ villis commanentib. quod legitimè ad ipſum Epiſcopatum, vel ad ipſam Eccleſiam S. Martini legitimè redibunt, imo nec ad cauſas audiẽdũ nec fideiuſſores tollẽdũ, nec manſiones aut paratas faciẽdũ, nec homines ipſius de qualibet cauſa diſtringendũ, nec vlla redibitione requirẽdũ ibidẽ ingredi non præſumatis. Sed ſicut ipſa beneficia ab iam dictis Principib. ad ſupra nominatã Eccleſiã fuit indultũ, & vſq; nunc conſeruatũ, ita & deinceps cõſeruetur, qualiſcunq; ſuperfluus ſuper hanc noſtrã auctoritatẽ generaliter confirmatam in Dei nomine perennem *Sunt & hic multa obſcura.*

muniat inconuulſam, & quidquid exinde fiſcus noſter poterat ſperare luminaribus Eccleſiæ in perpetuũ proficiat in augmentis. Et vt hæc auctoritas tã præſentibus, quàm & futuris temporibus, Deo adiutore, poſsit perſtare, ſubter eam manu propria decreuimus roborare. Signum glorioſi Regis Francorum Pippini, Vniueramius recognoui.

Atque hæc quidem diplomata, ex Ioanne Gerbrando Leidenſi, & Guilielmo Heda deſumpſimus; quæ etſi multis locis obſcuriora, nec ſatis accuratè ab ipſis transſcripta ſint, ob antiquitatem tamen veneranda, & noſtris in ſcriptis conſeruanda eſſe exiſtimauimus.

S. PETRI, ITEMQVE S. IOANNIS Baptiſtæ collegia, in vrbe Vltraiectina.

DVo iſta collegia Canonicorum fundauit *Bernulphus* Epiſcopus Vltraiectinus, qui obijt anno centeſimo quinquageſimo quarto, anno Epiſcopatus ſui quinto & viceſimo.

SANCTAE MARIAE COLLEGIVM Vltraiectinum.

EXcitatum eſt collegium iſtud vnà cum templo, anno milleſimo octogeſimo primo à *Conrado* Epiſcopo Vltraiectino, qui idem templum anno 1092. ſolenniter conſecrauit.

ARNHE-

ARNHEMIENSE COLLEGIVM IN Geldria & d. Vltraiectina.

COllegium Canonicorum Tielenſe (eſt autem Tiela opidum Geldriæ ad Vahalim Fluuium ſitum) *Adelboldus Epiſcopus* excitauit, quod inde poſtea Arnhemiũ Geldriæ Metropolim eſt translatum.

CAPVT XXI.

S. LAMBERTI COLLEGIVM Cathredrale Leodienſe.

ILluſtre iſtud collegium originem ſuam debet *S. Huberto,* pro vrbis Leodienſis Epiſcopo, vtpotè qui corpus S. Lamberti prædeceſſoris ſui anno 709. Traiecto Leodium, vnà cum ſede Epiſcopali, transtulit: vt in vita eiuſdem S. Huberti legitur. Sigebertus Gẽblacenſis & alij id referunt ad annum proximè ſequentem. Vt vt ſit, S. Hubertus non modò collegij iſtius, ſed vrbis Leodienſis conditor fuit. Collegium & Vrbem mirificè poſtea auxit Notgerus Epiſcopus, vt alter quaſi parens vtriuſque meritò habeatur & prædicetur. Qua de re ſic legitur, in eiuſdem Notgeri vita, quam ex tabula membranea ad D. Ioannis Euangeliſtæ Leodij pendente deſcriptam in ſuo Itinerario Belgico Abrahamus Ortelius edidit: *Notgerus Monaſterium B. Lamberti*

 longè

longè in melius quam antea fuerat immutauit. Eccleſia enim quam Beatus Hubertus ædificauit, ad lapſum declinauerat. Hac diruta templum ſexaginta Canonicorum, iuxta magnificentiam dilatati cordis ſui exaltauit, ornamentis ditioribus decorauit, clauſtrum & domorum ædificia renouauit. In Crucibus aureis, quas Notgerus in dicta Eccleſia Sancti Lamberti etiam fecit, ſcriptum eſt hoc metrum:

Certa ſalus vitæ Notgerum ſaluet vbique.

Notgeri ſucceſſor Baldricus, templum S. Lamberti ab eodem Notgero ſtructum, præſente *Heriberto*, Colonienſi Archiepiſcopo anno 1051. V. Kalendas Nouembris dedicauit.

Sunt autem in vrbe Leodienſi octo illuſtria Canonicorum Collegia, videlicet *Sancti Lamberti, S. Petri Martini, S. Pauli, S. Crucis, S. Ioannis, S. Dionyſij, & S. Bartholomæi:* de quibus ſuis infra locis dicetur.

Ceterum memorabile eſt, quod rerum Leodienſium ſcriptores tradunt, vno eodemque tempore, cùm nimirum Innocentius II. Papa Leodium veniſſet, Sancto Bernardo Abbate Clareuallenſi comitante, reſediſſe in Baſilica Sancti Lamberti, Regum filios nouē, Ducum quatuordecim, Comitum triginta, inferioris ordinis nobilium Canonicos ſeptem, omnes numero ſexaginta: quorum nomina leguntur in tabula ad latus aræ ſummæ in templo Diui Lamberti ſuſpenſa.

S. Pe-

S. PETRI COLLEGIVM IN VRBE *Leodienſi.*

S*Anctus Hubertus Epiſcop. Leodienſis, an.* 714. *cõſtruxit & reditibus dotauit monaſterium S. Petri in Leodio.* Ità legitur in quibuſdam manu ſcrip. Chronici Sigebertini Exemplaribus. Quod quidem Sancti Petri Monaſterium cũ à Normannis eſſet deſtructum, *Richarius*, Epiſcopus Leodienſis circa annum Chriſti 935. inſtaurauit, & triginta illic Canonicos conſtituit: Vt AEgidius Bucherius Societatis Ieſu Theologus in ſuo Chronico tradit.

CAPVT XXII.

S. SALVATORIS HARLEBECA- *num Collegium in Flandria.*

HArlebeca celebre Flandriæ municipium, olim opidũ inſigne ad Liſam Fluuium, diſtat Cortraco milliaris vnius interuallo, habetq; vetus Canonicorũ XII. collegiũ præter Præpoſitum qui eſt XIII. Spectantur eo in templo ante chorum tria, veterum Comitum Flandriæ, ſepulchra humilibus ſaxis obtecta. Fuit enim Harlebeca primorum Flandriæ Comitum ſedes ac Domicilium.

quæ poſt mortem mariti ſui *Beggi* dote contenta, Deo ſeruire ſategit & pauperibus. Sacerdotes & ſacros Eccleſiæ miniſtros in Domino dilexit, Ex ſuis bonis Eccleſias fundauit, maximè *Amanienſem*, in qua & quieſcit. Ab ea quoque multa prædia habet Leodienſis Eccleſia Sancti Lamberti, ſub quo Præſule floruit. Tranſtulit autem reliquias & è terra leuauit *Sanctus Floribertus*, Sancti Huberti in Epiſcopatu ſucceſſor, VII. Idus Iulij. Quieſcit Amaniæ in collegiata S. Georgij, ſuique nominis Eccleſia, vno milliari ab Huyo.

Capvt XXV.

Caczesiense Collegivm *Canoniſſarum in Germania.*

Coxienſe, Cazienſe, vel Caczeſienſe illuſtrium nobiliumque Virginum ab omni profeſsione ac voto liberarum (quas vulgò Canoniſſas vocant, quibus item liberum eſt nubere) ampliſsimum in Tumiliaſca ſuperioris Rhetiæ tractu ad Rhenum collegium: fundatum eſt pro 12. nobilibus puellis, earumque gubernatrice Abbatiſſa, in honorem SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, anno gratiæ per Chriſtum reparatæ Septingenteſimo ſexageſimo à Victore XV. Epiſcopo Curienſis Eccleſię. Fundator in choro huius templi quieſcit, cuius tumulo talis eſt ſuperaddita inſcriptio: *Victor Epiſcopus Curienſis vnà cum matre ſua*

ſua fundator huius Monaſterij, & cum eo Paſchalis Epiſcopus Curienſis genitor & anteceſſor eius.

CAPVT XXVI.

MATSEENSE COLLEGIVM IN Germania.

MOnaſterium iſtud fundatũ eſt à Theſſalone, Duce Bauariæ, religionis ac pietatis ſtudioſiſsimo Principe, vnà cum alijs quibuſdam monaſterijs, circa annum 760. teſte Auentino. Hoc monaſterium Carolomãnus Rex tradidit, ac donauit monaſterio à ſe exſtructo, in loco, qui dicitur *Ottinga*, cum omnibus ſuis pertinentijs, anno primo regni ſui, indictione 9. Actum Mathechouæ curte regia.

Caſtrum ac Dominium *Matſee*, pertinuit aliquando ad Eccleſiam Pataulenſem, quod Georgius Epiſcopus Pataulenſis, vnà cum ſuo Capitulo vendidit Pilegrino Archiepiſcopo Salisburgenſi, cum omnibus ſuis pertinentijs, anno 1396. aliàs 1398. Eſt hodie ibi Decanus, vnà cum aliquot ſæcularibus Canonicis, qui quoad ſpiritualia adhuc ſubſunt Pataulenſi Epiſcopo, ſed quoad temporalia Salisburgenſi, ſoluo iure ſupremæ Ducalis poteſtatis atque imperij Ducum Bauariæ, ſecundùm concordata cum Archiepiſcopo Salzburgenſi inita. Sic Hundius in Metropoli ſua Salisburgenſi.

CAPVT

quibus duo poſteriora opida publicum hodieque habent exercitium Religionis Catholicæ.

In vrbe porrò Vltraiectina quinque ſunt Canonicorum collegia, videlicet *S. Martini, S. Saluatoris, S. Petri, S. Ioannis Baptiſtæ,* & *S. Mariæ.*

Eſt autem Vltraiectum, medij æui ſcriptoribus Traiectum, Vetus Vrbs Batauorum ad Veterem Rheni alueum ſita: in qua ſedem Epiſcopalem cõſtituit S. VVillibrordus, primus Friſiorum (quo nomine & Bataui, Brabanti, alijq; populi vicini tunc cõprehendebantur) Archiepiſcopus à Sergio Papa ordinatus: vt in hiſtoria gentis Anglorum tradit Beda.

De illius Eccleſiæ origine ac progreſſu fuſè tractant Ioãnes Becanus & Guilielmus Heda in ſuis libris de Epiſcopis Vltraiectenſibus.

PIPINI REGIS FRANCIAE DIPLOMA Eccleſiæ Vltraiectenſi conceſſum.

PIpinus Rex Francorum, Vir illuſtriſ. Si petitionibus Sacerdotum in omnibus non negamus, dominum exinde retributorem habere confidimus. Ideoq; venerabilis vir Bonifacius Archiepiſcopus expetijt, vt confirmationem de rebus Eccleſiæ S. Martini, quæ eſt conſtructa in vico, qui dicitur Traiecto ſuper fluuium Rheni, eaq; quæ Pipinus de Harſtel donaui

donauit Sancto Martino, ſeu Carolus vel Carolomannus renouare vellemus. Ideoq; & quod Pippinus Rex Francorum ad caſam Dei conceſſit, vel ad ipſum Epiſcopatum, vt omnem decimam de terris ſeu mãcipijs, aut de telonijs vel negotijs, aut vndecumque à partibus fiſci cenſus ſpectare videbatur, ſicut diximus omnem decimam partem ad ipſam caſam Dei S. Martini, in qua Dominus Bonifacius Archiepiſcopus cuſtos praeeſt, conceſſimus, vel confirmauimus, in luminaribus, ſeu in ſtipendijs monachorum, vel Canonicorum, qui ibidem Gentiles ad Chriſtianitatẽ conuertunt, & dum miſericordia ipſos, quos habent cõuerſos, doceant, iuxta quod alij Chriſtiani ipſorum Chriſtianitatem conſeruant, & in eorum praeceptiones contineri videntur, quod anteceſſores noſtri ſupradicti Carolus & Carolomannus ad ipſam caſam Dei per eorum inſtrumenta condonauerunt, & iuſtè ac rationaliter nos per noſtram confirmationem & gratanti animo conceſſimus vel confirmamus, cognoſcite. Et vt hac auctoritas confirmationis noſtra firmior habeatur, & per tempora melius conſeruetur, manus noſtra & ſignaculis ſubter eam decreuimus roborare. Signum Pippini glorioſi Regis Francorum, Vuiemarus recognoui & ſubſcripſi, Datum quod fecit menſe Maio die XXIII. Anno II. ipſius glorioſi Regis. Actum Virmicia palatio publico in Dei nomine feliciter.

Sunt nonnulla hic obſcuriora, nihil tamen temerè auſi fuimus immutare.

Alterum regale diploma Pippini de rebus Eccleſiæ S. Martini.

Pippinus Rex Francorum. Notum ſit omnibus agentibus noſtris tã præſentibus, quàm futuris. Principalis quidam clementia cunctorum decet aurem accommodare benignã, præcipuè quæ per cõpendiũ animarũ à præcedẽtibus principibus parẽtib. noſtris ad loca Eccleſiarũ probamus eſſe indulta, deuota debemus mente perpendere, & congrua beneficia, vt mereamur ad mercedem participes, nõ negare, ſed robuſtiſſimo iure noſtris oraculis confirmare. Igitur Apoſtolicus vir, & in Chriſto Pater Bonifacius vrbis Traiectenſis Epiſcopus clementiæ regni noſtri ſuggeſſit, eo quod anteceſſores noſtri, vel parentes Clotharius quondam Rex, & Dagobertus, Cheodebertus quõdam per eorum auctoritates, eorũ manu ſubſcriptas, de villis S. Eccleſiæ, S. Martini, quas ad præſens poſſidebat, vel quod à Deum timentibus hominibus ibidem in antea delegabant, integra immanitate conceſſiſſent, vt nullus iudex publicus ad cauſas audiendũ, vel freda exigendum, nec manſiones vel paratas faciendum, nec fideiuſſores tollendum, nec homines illius Eccleſiæ de qualibet cauſſa diſtringendũ, nec vlla redibitione requirendum, ingredi non debeat, vnde & ipſa præceptionẽ iam dicti Principis, ſeu & confirmationem illorum Regum, vel eorum manibus, antedictus Pontifex Bonifacius nobis oſtendit relegendas, & ipſum beneficium circa eandem Eccleſiam Sancti Martini ſicut à ſupradictis Principib. fuit indultũ, moder-

Sunt & hic quædã obſcuriora.

moderno tempore aſſerit eſſe conſeruatum. Sed pro affirmantis ſtudio petijt celſitudinem noſtram, ſed hoc de uno ſuper eandem ſupra memoratam Eccleſiam Sancti Martini noſtra debuerit auctoritas generaliter confirmare. Cuius petitionem pro reuerentia ipſius, vt mereamur ad mercedem ſociari pleniſſimam, voluntati viſi fuimus præſtitiſſe, vel in omnibus confirmare; cognoſcite. Præcipientes ergo iubemus, vt ſicut conſtat ab antedictis Principibus de villis præfatæ Eccleſiæ D. Martini integra immunitate abſque introitu iudicum fuit conceſſum, ita & in antea auxiliante Domino inſpectæ priorum Principum auctoritates omnimodis conſeruentur, & neque nos, neque iuniores, ſucceſſoresq́; noſtri, nec vllus quislibet de iudiciaria poteſtate in villas antedictæ Eccleſiæ quæ moderno tempore vbicumque in regno noſtro noſcuntur, vel in antea à Deũ timẽtibus hominibus ibidem fuêre collatæ aut collaturæ, tã de ingenuis, quam de ſeruiẽtib. vel de qualibet natione hominũ in prædictis ipſius Eccleſiæ villis commanentib. quod legitimè ad ipſum Epiſcopatum, vel ad ipſam Eccleſiam S. Martini legitimè redibunt, imo nec ad cauſas audiẽdũ nec fideiuſſores tollẽdũ, nec manſiones aut paratas faciẽdũ, nec homines ipſius de qualibet cauſa diſtringendũ, nec vlla redibitione requirẽdũ ibidẽ ingredi non præſumatis. Sed ſicut ipſa beneficia ab iam dictis Principib. ad ſupra nominatã Eccleſiã fuit indultũ, & vſq; nanc conſeruatũ, ita & deinceps cõſeruetur, qualiſcunq; ſuperfluus ſuper hanc noſtrã auctoritatẽ generaliter confirmatam in Dei nomine perennem Sunt & hic multa obſcura.

muniat inconuulſam, & quidquid exinde fiſcus noſter poterat ſperare luminaribus Eccleſia in perpetuũ proficiat in augmentis. Et vt hac auctoritas tã præſentibus, quàm & futuris temporibus, Deo adiutore, poſſit perſtare, ſubter eam manu propria decreuimus roborare. Signum glorioſi Regis Francorum Pippini, Vniueramius recognoui.

Atque hæc quidem diplomata, ex Ioanne Gerbrando Leidenſi, & Guilielmo Heda deſumpſimus; quæ etſi multis locis obſcuriora, nec ſatis accuratè ab ipſis transſcripta ſint, ob antiquitatem tamen veneranda, & noſtris in ſcriptis conſeruanda eſſe exiſtimauimus.

S. PETRI, ITEMQVE S. IOANNIS Baptiſtæ collegia, in vrbe Vltraiectina.

DVo iſta collegia Canonicorum fundauit *Bernulphus* Epiſcopus Vltraiectinus, qui obijt anno centeſimo quinquageſimo quarto, anno Epiſcopatus ſui quinto & viceſimo.

SANCTAE MARIAE COLLEGIVM Vltraiectinum.

EXcitatum eſt collegium iſtud vnà cum templo, anno milleſimo octogeſimo primo à *Conrado* Epiſcopo Vltraiectino, qui idem templum anno 1092. ſolenniter conſecrauit.

ARNHE-

ARNHEMIENSE COLLEGIVM IN *Geldria & d. Vltraiectina.*

COllegium Canonicorum Tielenſe (eſt autem Tiela opidum Geldriæ ad Vahalim Fluuium ſitum) *Adelboldus Epiſcopus* excitauit, quod inde poſtea Arnhemiū Geldriæ Metropolim eſt translatum.

CAPVT XXI.

S. LAMBERTI COLLEGIVM CAthredrale Leodienſe.

ILluſtre iſtud collegium originem ſuam debet *S. Huberto*, pro vrbis Leodienſis Epiſcopo, vtpotè qui corpus S. Lamberti prædeceſſoris ſui anno 709. Traiecto Leodium, vnà cum ſede Epiſcopali, tranſtulit: vt in vita eiuſdem S. Huberti legitur. Sigebertus Gēblacenſis & alij id referunt ad annum proximè ſequentem. Vt vt ſit, S. Hubertus non modò collegij iſtius, ſed vrbis Leodienſis conditor fuit. Collegium & Vrbem mirificè poſtea auxit Notgerus Epiſcopus, vt alter quaſi parens vtriuſque meritò habeatur & prædicetur. Qua de re ſic legitur, in eiuſdem Notgeri vita, quam ex tabula membranea ad D. Ioannis Euangeliſtæ Leodij pendente deſcriptam in ſuo Itinerario Belgico Abrahamus Ortelius edidit: *Notgerus Monaſterium B. Lamberti*

longè in melius quam antea fuerat immutauit. Eccleſia enim quam Beatus Hubertus adificauit, ad lapſum declinauerat. Hac diruta templum ſexaginta Canonicorum, iuxta magnificentiam dilatati cordis ſui exaltauit, ornamentis ditioribus decorauit, clauſtrum & domorum adificia renouauit. In Crucibus aureis, quas Notgerus in dicta Eccleſia Sancti Lamberti etiam fecit, ſcriptum eſt hoc metrum:

Certa ſalus vita Notgerum ſaluet vbique.

Notgeri ſucceſſor Baldricus, templum S. Lamberti ab eodem Notgero ſtructum, præſente *Heriberto*, Colonienſi Archiepiſcopo anno 1051. V. Kalendas Nouembris dedicauit.

Sunt autem in vrbe Leodienſi octo illuſtria Canonicorum Collegia, videlicet *Sancti Lamberti, S. Petri Martini, S. Pauli, S. Crucis, S. Ioannis, S. Dionyſij, & S. Bartholomai*: de quibus ſuis infra locis dicetur.

Ceterum memorabile eſt, quod rerum Leodienſium ſcriptores tradunt, vno eodemque tempore, cùm nimirum Innocentius II. Papa Leodium veniſſet, Sancto Bernardo Abbate Clareuallenſi comitante, reſediſſe in Baſilica Sancti Lamberti, Regum filios nouẽ, Ducum quatuordecim, Comitum triginta, inferioris ordinis nobilium Canonicos ſeptem, omnes numero ſexaginta: quorum nomina leguntur in tabula ad latus aræ ſummæ in templo Diui Lamberti ſuſpenſa.

S. PE-

S. PETRI COLLEGIVM IN VRBE *Leodienſi.*

S*Anctus Hubertus Epiſcop. Leodienſis, an. 714. cōſtruxit & reditibus dotauit monaſterium S. Petri in Leodia.* Ità legitur in quibuſdam manu ſcrip. Chronici Sigebertini Exemplaribus. Quod quidem Sancti Petri Monaſterium cū à Normannis eſſet deſtructum, *Richarius*, Epiſcopus Leodienſis circa annum Chriſti 935. inſtaurauit, & triginta illic Canonicos conſtituit: Vt AEgidius Bucherius Societatis Ieſu Theologus in ſuo Chronico tradit.

CAPVT XXII.

S. SALVATORIS HARLEBECANUM *Collegium in Flandria.*

HArlebeca celebre Flandriæ municipium, olim opidū inſigne ad Liſam Fluuium, diſtat Cortraco milliaris vnius interuallo, habetq; vetus Canonicorū XII. collegiū præter Præpoſitum qui eſt XIII. Spectantur eo in templo ante chorum tria, veterum Comitum Flandriæ, ſepulchra humilibus ſaxis obtecta. Fuit enim Harlebeca primorum Flandriæ Comitum ſedes ac Domicilium.

S. MARIAE CORTRACENSE COLlegium in d. Tornacenſi.

CORtracum ſiue Curtracum, quod in Notitia prouinciarum *Curteriacum* nũcupatur, Flandriæ opidum ad Lizam Fluuium, habet collegium Canonicorum, memoriæ Virginis matris ſacrum, ſub Balduino Conſtantinopolitano Imperatore, & Flãdriæ Comite inchoatum: vt teſtatur Iacobus Marchantius in Flandriæ deſcriptione.

CAPVT XXIII.

S. PHARAILDIS COLLEGIVM GAVdenſe.

S. Pharaildis Virgo parentes habuit *Theodoricum* Lotharingiæ Ducem, & *S. Amelbergam*, ſororis Pipini Principis filiam, fratrẽ materno ex latere, *S. Emébertũ*, Cameracenſem Epiſcopum; Sorores *SS. Raineldim* & *Gudilam.* à B. Gertrude cognata ſua de Sacro fonte leuata, litteriſque inſtructa, pietatem à teneris annis egregiè coluit. Cumque impedire non poſſet quin à parentibus nuptui daretur, per omne tamen coniugij tempus illibatam virginitatem cuſtodiuit, eadem nimirũ præpotentis S. ſpiritus gratia prædita, qua & ante eam *S. Cæcilia*, & poſt *S. Henricus* Imperator

vxorque

vxorque eius, in matrimonio claruerunt. Migrauit autem Virgo ad Chriſtum nonaginta annorum circulo ferè transacto, non minùs religione, quàm ſenectute venerabilis. Cuius corpus ad S. Bauonis Eccleſiam *Agilfridus*, Epiſcopus Leodienſis, idemque à Stephano Papa Abbas S. Bauonis Gandenſis creatus, Roma veniens, ex Lotharingia attulit anno 754. Sed non multò poſt propter incurſiones Normannorum, cœnobium Gandenſe cum ſacris corporibus Bauonis & Pharaildis in Galliam fugit. Quæ corpora tandem, ceſſante perſecutione ex Lauduno & Nigella relata ſunt ad Eccleſiam noui Caſtelli Comitis, ad ripam Lizæ, in fiſco Gandenſis cœnobij ſitam. Collegium porrò Canonicorum, quod hactenus ſedem habuit in Baſilica Caſtello veteri Comitis oppoſita, inde anno 1614. trāſijt ad Baſilicam ampliorem S. Nicolai Parochialem, in foro Gandenſi ſitam, procurāte Leone Meyero illius collegij Præpoſito.

CAPVT XXIV.

S. ODAE COLLEGIVM AMANIENſe, *ad Moſam Fluuium apud Huium opidum ditionis Leodienſis.*

S. Odam, Boggi, ſeu Boggis Aquitanorū Ducis filiam anno 711. in Gallia floruiſſe ſcribit S. Gebertus Chronographus Cameracenſis. Amita fuit S. *Huberti* Epiſcopi,

quæ poſt mortem mariti ſui *Boggi* dote contenta, Deo ſeruire ſategit & pauperibus. Sacerdotes & ſacros Eccleſiæ miniſtros in Domino dilexit, Ex ſuis bonis Eccleſias fundauit, maximè *Amanienſem,* in qua & quieſcit. Ab ea quoque multa prædia habet Leodienſis Eccleſia Sancti Lamberti, ſub quo Præſule floruit, Tranſtulit autem reliquias & è terra leuauit *Sanctus Floribertus,* Sancti Huberti in Epiſcopatu ſucceſſor, VII. Idus Iulij. Quieſcit Amaniæ in collegiata S. Georgij, ſuique nominis Eccleſia, vno milliari ab Huyo.

CAPVT XXV.

CACZESIENSE COLLEGIVM *Canoniſſarum in Germania.*

COxienſe, Cazienſe, vel Caczeſienſe illuſtrium nobiliumque Virginum ab omni profeſsione ac voto liberarum (quas vulgò Canoniſſas vocant, quibus item liberum eſt nubere) amplisſimum in Tumiliaſca ſuperioris Rhetiæ tractu ad Rhenum collegium fundatum eſt pro 12. nobilibus puellis, earumque gubernatrice Abbatiſſa, in honorem SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, anno gratiæ per Chriſtum reparatæ Septingenteſimo ſexageſimo à Victore XV. Epiſcopo Curienſis Eccleſię. Fundator in choro huius templi quieſcit, cuius tumulo talis eſt ſuperaddita inſcriptio: *Victor Epiſcopus Curienſis vnà cum matre*

ſua

ſua fundator huius Monaſterij, & cum eo Paſchalis Epiſcopus Curienſis genitor & anteceſſor eius.

CAPVT XXVI.

MATSEENSE COLLEGIVM IN Germania.

MOnaſterium iſtud fundatũ eſt à Theſſalone, Duce Bauariæ, religionis ac pietatis ſtudioſiſsimo Principe, vnà cum alijs quibuſdam monaſterijs, circa annum 760. teſte Auentino. Hoc monaſterium Carolomãnus Rex tradidit, ac donauit monaſterio à ſe exſtructo, in loco, qui dicitur *Ottinga*, cum omnibus ſuis pertinentijs, anno primo regni ſui, indictione 9. Actum Mathechouæ curte regia.

Caſtrum ac Dominium *Matſee*, pertinuit aliquando ad Eccleſiam Patauienſem, quod Georgius Epiſcopus Patauienſis, vnà cum ſuo Capitulo vendidit Pilegrino Archiepiſcopo Salisburgenſi, cum omnibus ſuis pertinentijs, anno 1396. aliàs 1398. Eſt hodie ibi Decanus, vnà cum aliquot ſæcularibus Canonicis, qui quoad ſpiritualia adhuc ſubſunt Patauienſi Epiſcopo, ſed quoad temporalia Salisburgenſi, ſoluo iure ſupremæ Ducalis poteſtatis atque imperij Ducum Bauariæ, ſecundùm concordata cum Archiepiſcopo Salzburgenſi inita. Sic Hundius in Metropoli ſua Salisburgenſi.

Capvt XXVII.

TIGVRIVM COLLEGIVM IN Heluetijs.

IN Vrbe Tigurina apud Heluetios, ex oppoſito Baſilicæ Canoniſſarum, eſt inſigne templum pro XXIV. Canonicis à Carolo Magno Imperatore in honorem SS. Felicis, Regulæ & Exuberantij, circa annum ſeptingenteſimũ ſexageſimum fundatũ ac dotatum. Collegium iſtud Senatus Tigurinus, ab Eccleſię Romanę caſtris deſciſcens, in Academiam omnium diſciplinarum conuertit. Ita Bruſchius in deſcriptione Fravvemmuſterienſis Canoniſſarum collegij apud Tigurinos.

Capvt XXVIII.

OTINGENSE COLLEGIVM IN Bauaria, & d. Salisburgenſi.

VEtus eſt Collegium Canonicorum ſæcularium, non procul ab Oeno & Vrbe *Otingē*, vbi Vto, aliàs Otto, Dux Bauarię, filius Theodonis ſecundi, cognomento Magni, regiam prætoriumque ſuum conſtituit. Propter commoditatem ſitus aucupiorum, venationum, & piſcationum Reges & Principes Bauariæ frequenter ibi habitarunt, tum etiam propter crebras Hunnorum & Vngarorum irruptiones in Noricum, Principes Imperij ibi fre-

bi frequenter conuenerunt.

S. Rupertus regio Francorum genere progenitus Theodonem, Othonemq́; filios Theodonis Magni iam defuncti, in fide Chriſtiana inſtituit, Theodonem Ratisbonæ, Othonem autem in Otinga baptizauit, duoque templa exſtructa à Principibus prętoria Chriſto & eius Beatiſsimę Genitrici dedicauit, vnum Ratisbonæ, alterum Otingæ, vtrumque vetus Capella vocatur.

Circa annum Chriſti 776. Carolomannus Rex Boiorum & Italię, filius Ludouici Regis Boiorum & Franciæ, nepos Ludouici Pij, pronepos Caroli Magni, Otingæ frequenter habitans, monaſterium ibi pro ſacratis viris magnificè conſtruxit, liberaliter dotauit, plurimorũ Sãctorum oſſa & reliquias ibi cõdidit, brachium nimirum S. Philippi, item S. Maximiliani, & S. Felicitatis ſacros cineres. Carolus quoque Tertius, Romanorum Imperator, fundatoris frater, regia munificentia Otingenſe cœnobium plurimum ditauit.

Carolomannus fundator obijt anno 880. XII. Kalendas Aprilis: ibique ſepultus eſt. Eius filius *Arnulphus*, Imper. Romanorum ibidem obijt anno 899. Arnolphus Imperator quoddam prędium huius monaſterij ſitum in Italia, quod dicitur *ſummus Lacus*, commutauit cum quadam Curte, quæ vocatur *Porte*, cũ ſuis pertinentijs. In quo diplomate fatetur tẽplum

plum Otingenſe perpetuo iure ſpectare ad ſedem Patauienſis Eccleſiæ. Eapropter, adhuc ritum Patauienſis Eccleſiæ non Salisburgenſis (cui aliàs ſubiecti ſunt) ſeruant. Exſtat Diploma apud Patauienſes datum IV. Kalendas Septembris, anno Domini octingenteſimo nonageſimo octauo. indicto. 6 anno ſecundo regni Domini Arnolphi, imperij autem 3. actum Ranteſtof.

Otinga, ſicut & reliqua tota Bauaria per Vngaros miſerè vaſtata fuit, ſola ædicula B. Mariæ Virginis per ſingularē Dei prouidentiam ſeruata. Suburbana in opidum poſtea, an. ſcilicet 907. abiere, quæ nunc noua Otinga ad Oenum.

Anno domini 1228. Ludouicus primus, Palatinus Comes Rheni, & Dux Bauariȩ, collegium duodecim Canonicorum cum Decano ac Præpoſito ibi inſtituit; viuuſque ibi locum ſepulchri elegit, qui tamen in monaſterio Schirenſi ſepultus eſt à ſuis.

Diplomata huius Eccleſiæ, nempè Carolomanni Fundatoris, Caroli tertij fratris, Arnolphi Imperatoris filij, ac Ludouici nepotis, exſtant apud Ioannem Auentinum qui anno Domini 1518. ſingularem de antiquitatibus ac monumentis Otingenſibus libellum edidit, auctum poſtea per Martinum Eyſengrenium Præpoſitum Otingenſem: vulgari lingua Germanica anno 1571.

Sic

Sic fere Viguleus Hundius in Metropoli ſua Salisburgenſi.

CAPVT XXIX.

S. MARIAE AQVISGRANENSE *Collegium Canonicorum, in Diœceſi Leodienſe.*

AQuæ Grani ciuitas eſt inter Imperiales prima, diœceſis Leodienſis, Romanorum Imperatorum prima coronatione, & ſeptenali Sacrarum reliquiarum viſitatione celebris. Hac in vrbe Carolus Magnus Imperator rotundam Dei Genitricis Mariæ Baſilicam exſtruxit, columnis marmoreis ex varijs Italiæ locis magno ſumptu aduectis; in qua quidem & ipſe honorificè conditus quieſcit.

Nuncupata eſt autem hæc Eccleſia à maioribus *Monaſterium Sanctæ Mariæ*, eò quòd Clerici, ſeu Canonici viginti, à Carolo Magno inſtituti, regulariter in eo vixerint, ſub obedientia vuius Præfecti, in communi, intra clauſtrum, ſimul manducantes & dormientes iuxta ſtatuta Concilij Moguntini ſub Carolo Magno celebrati. Sed hoc ſuaue iugum Aquiſgranenſes, vti & Moguntini, alijq; plurimi, ſub Othone III. Imperatore & Notgero Leodienſi Epiſcopo excuſſerunt. Qui quidem Otho & Notgerus Baſilicam Aquiſgranenſem à Normannis deſtructam inſtaurarũt, atque

tùs antea illic inerat numerus Clericorum, tantundem adauxit ibidem Deo ſeruientium, ſibiq́ ſuaque credens ſufficere Eccleſiæ. ſi fideles Eccleſiæ tantum liberos eſſe liceret à moleſtiſſima improborum hominum, qua extenus vexabantur, oppreſſione, cuius tota erat cauſa eiuſdem opidi refugium.

Capvt XXX.

S. Adelberti Collegivm *Aquiſgranenſe, in d. Leodienſi.*

S. Henricus II. Imperator, fundauit extra muros Aquiſgranenſes collegium Canonicorum S. Adelberti Epiſcopi & Martyris, quod nunc muris intra vrbem adiacet. *Spe*, ait, *Diuinæ remunerationis, pro remedio animæ noſtræ, coniugisq́ noſtræ dilectæ* Cunigundæ, *Imperatricis Auguſtæ, nec non parentum noſtrorum, tum etiam pro confirmando ſub diuina protectione regni noſtri ſtatu, Eccleſiam in honorē S. Adelberti Epiſcopi & Martyris in monte contermino ſedi noſtræ Aquenſi à nobis fundatam, omni libertate donamus &c. Huius fundationis nulla fit mentio in officio S. Henrici excuſo; ſed tantùm dicitur: Iter faciens per Leodium & Treuerim, congregationes inibi Deo famulantes plurimis largitionibus & prædijs ditauit.*

Capvt XXXI.

S. MARIAE COLLEGIVM CATHEdrale Monaſterienſe in VVeſtphalia.

TEmplum hoc Carolus Magnus Cæſar à fundamentis, in Virginis Mariæ gloriã, ad inſignem raramque amplitudinem erexit; quod deinde miraculis adeò reſplenduit, vt ad illud plurimi confluentes, vrbem celeberrimam in loco *Mimingrode* vocato, condiderint, ac Monaſterium, à monaſterio, illam deinceps appellarint. Buſſemecherius hanc rem ita aſſequitur: *Monaſterium tertia erat Epiſcopalis Eccleſia, quam erexit Carolus Magnus in meditullio regionis Mimingrode dicto, loco qui poſtea ab inſigni ibi fundato monaſterio,* monaſterium *fuit denominatum, ordinauitq; ibi Epiſcopum Ludgerum natione Friſium, fratrem Hildegrini Epiſcopi Halberſtadienſis. Huius ſucceſſor Hermannus dedicauit & conſecrauit monaſterium & Eccleſiã trans aquas in titulum & honorem Virginis Mariæ, quod breui monaſterium ita excreuit, adeoq; factum eſt celebre, vt nomen dederit ciuitati & Epiſcopo.* Hactenus ille. Caniſius id Sanctimonialibus, quæ incolerent datum addit.

Capvt XXXII.

LINDAVIENSE COLLEGIVM Canoniſſarum in Germania.

LIndauienſe Canoniſſarum nobili ſtemmate

mate natarum, ab omni voto immunium, nec vllo cœlibatus iuramento aſtrictarum; ampliſsimum collegium in lacu Acronio, & eiuſdem nominis inſulari opido ſitum, cœpit anno Chriſti circiter 810. ex pia liberalitate ac munificẽtia *Adalberti* Comitis de Rorbach. Qui patre Leotobico natus, Caroli Magni conſanguineus, ſacrique palatij Magiſter, & prouinciarum Rheticarum Præfectus, cum aliquando procelloſis Acronij lacus fluctibus penè obrutus de vita deſperaſſet, & precabundus vouiſſet, eo ſeſe loco in Deiparæ virginis Mariæ honorem, gratitudinis ergò, conſtructurum templum & cœnobium, vbi ſaluus & incolumis littori appuliſſet, caſu in hanc inſulam ventorum vi delatus, eam purgari, & à fratre *Mangoldo* Comite à Rorbach adiutus, cœnobium ibi conſtrui iuſsit, cui nomen ab euentu & felici appulſu ſuo indidit, vt Lendoa, vel Lendaugia (quæ vox hodie adhuc accolis in ore frequentior ferè eſt quàm Lindaugia) nuncuparetur. Idem verò Adalbertus Xenodochij quoque Lindauienſis opulentiſsimi fundator fuiſſe dicitur; qui tandem anno Domini octingenteſimo quadrageſimo primo, die decimo Maij è medio ſublatus commemoratur à copijs Ludouici Regis Germaniæ & Bauariæ, non procul à Lacu Brigantino, cum ab Cæſare Lothario præſidij loco

Rhetia poſitus eſſet, vt prohiberet ne Caroli Calui exercitus è Burgudionibus aduenieus cum Ludouici fratris agmine iungeretur. Poſtea anno Domini 866. ab Imperatore Ludouico II. Cæſaris Lotharij filio, datis priuilegijs, atque aſylo inſuper in ſontium refugium conceſſo, confirmata eſt Adalberti Comitis fundatio, additâ dignitate ac prærogatiua ſingulari, vt Abbatiſſa eius loci cum alijs Sacri Romani Imperij Eccleſiaſticis prælatis princeps eſſet, Sacri Romani Imperij cui in publicis pompis liber deberet præferri, quemadmodum Buchaugienſi etiam Abbatiſſæ in celebrioribus pompis liber & nudus gladius antiquitus anteferri eſt ſolitus. Sic ferè Bruſchius in Chronologia monaſteriorum Germaniæ.

Capvt XXXIII.

COLLEGIA CANONICORVM DIœceſis Conſtantienſis in Germania.

Collegium S. Stephani cathedrale in vrbe Conſtantienſi.

Collegium SS. Ioannis Baptiſtæ & Euangeliſtæ in eadem vrbe Conſtantia.

Collegium in cella Ratholdi.

Collegium in Markdorff.

Collegium in Hechingen.

Collegium in Herrenberg.

Collegi-

Collegium in Bettenbrunnen in Decanatu Chriſtianitatis, vt vocant, Vberkingenſi.

Collegium Sindelſinge in Decanatu Tubingenſi.

Collegium Tubingenſe Decanatus.

Collegium Stnotgarten in Decanatu Conſtantienſi.

Collegium Floridovv in Decanatu Geppingenſi.

Collegium Epiſcopalis cellæ in Decanatu S. Galli.

Collegium Beronenſe in Decanatu Hochdorffenſi.

Collegium Zolſinge in Decanatu VVilliſonnenſi.

Collegium Embrach in Decanatu VVinterthurenſi.

Collegium Zurzach in Decanatu Regenſpergenſi.

Collegium SS. Felicis & Regulæ in Decanatu Thuricenſi.

Collegium VValtburch prope Friburgum.

Collegium VViſenſtain S. Cyriaci in Decanatu Giſlingenſi.

Collegium Stauffen Algoiæ, in Decanatu Stifenhofenſi.

Collegium Surce in Decanatu Lucernenſi.

Collegium Ehingen cis Nicrum.

Collegium Horb, in Decanatu Demſtetenſi.

Ita Ioannes Piſtorius in Chronico Con-

ſtantienſi, edito Francofurti, cum magno Chronico Belgico. Eſt autem diœceſis Conſtantienſis admodum ampla, vtpote in qua 76. decanatus rurales ſeu Chriſtianitatis, vt vocant, & bis mille amplius parochiæ numerentur.

Capvt XXXIV.

S. Landradae Collegivm Beliſienſe vulgò Bilſen, in diœceſi Leodienſi.

S. Landrada nobiliſsima virgo, ab ineunte ætate Chriſtianam pietatem egregiè percoluit. Pauperibus ſubſidium, afflictis ſolatium, clericis & Sacerdotibus reuerentiam, omnibus, quoad potuit, benignitatem exhibuit. Hinc cùm parentes ei amplas procurare nuptias ex more cogitarent, in anguſtam ſe domicellulam abdidit, vbi orationibus & ieiunijs virginitatem ſuam Chriſto immaculatam ſeruauit. Cumque in dies magis proficeret, tandem reclamantibus etiam parentibus, concupitam in Beliſia eremum petijt, vt parentes & omnium hominum ſocietatem, atq; adeò ſemetipſam, perfectiſsimè abnegaret. Ibi paruum tugurium, in quo habitaret, & cũ humani generis hoſte iam seriò confligeret, manibus ipſa ſuis exſtruxit. Poſtea verò Eccleſiã erexit in honorem Dei Genitricis Mariæ, & à

Lam-

Lamberto Epiſcopo Traiectenſi conſecratio-nē & reliquiarum impoſitionē ex voto impetrauit. Vbi dū ſanctarum virginum eſt præfecta collegio, etiam virginem *S. Amalbergam*, doctrina, pietate & Chriſtianorū morū præceptis imbuit. Reddidit autē cæleſti ſponſo animā puram VIII. idus Iulij; ſuumq; corpus ſepeliri voluit in *VVintershouen*, cœnobij S. Bauonis poſſeſsione. Beliſienſes verò ſibi illud ſeruare voluerunt; quia apud eas cōſecrata fuerat & velata; quidq; nubi per eam puellaris adoleuerat turba, Eccleſia opibus creuerat cæci deniq; illuminati erant, & claudi erecti. Itaq; illi, etſi Lamberto Præſule renitente, Beliſiæ ſanctā Landradam ſepelierunt: ſed paulò poſt eodem admonente tumbam aperuerunt, & corpus cum loculo ad *VVintershouen* translatum eſſe, miniſterio proculdubio Angelico, agnouerunt. Ad locum autem Angelicæ ſepulturæ copioſiſsimè effluxit diuini muneris ſtillicidiū. Deſcendens enim ad hanc probaticam piſcinā cæcus, febre æſtuans, Hydrope ſitibundus, aut quocūq; incōmodo anxius, ſtatim quod petiuit accepit. Eleuatū eſt autem S. corpus paulò pòſt Nonis Martij: ac deinde an. 980. cū *B. Landoaldi*, & *Adriani* Martyris & ſociorū ſacris reliquijs, ad Diui Bauonis monaſteriū Gaudauū eſt translatū. Porrò Beliſienſe monaſteriū hodie eſt Canonicarū virg. collegiū extra vrbē Beliſiā, in territorio

Leodienſi: eſtque adhuc nomine tenus monaſterium, dicitur enim vernaculo idiomate *Munſter Bilſen.*

Aſſerunt autem nonnulli Laneradam hanc fuiſſe Caroli Martelli filiam: quod æquiuocatio fefellit. Lanerada enim illa maritata fuit, eiuſque memoria celebratur in vita filij Grodegandi, Epiſcopi Metenſis.

Sic ferè Molanus in natalibus Sanctorum Belgij.

Capvt XXXV.

De regvla canonicorvm et *Canoniſſarum in concilio Aquiſgranenſi ſcripta.*

Lvdouicus Imperator, Caroli Magni filius, menſe Iunio Aquiſgrani generalem conuentum habuit, ad quem plurimi Germaniæ, Galliæ, aliarumque prouinciarum Epiſcopi conuenerunt. In hoc conuētu Capitula octoginta regularis diſciplinæ ſunt conſtituta, ſiue vt hodie loquimur, ſcripta eſt *Regula Canonicorum*, quæ extat in tomis cōciliorum Colonię per Binium editis. Scripta item eſt *Regula Canoniſſarum*, quæ typis hactenus nondum edita, apud me exſtat; cuius argumenta hic viſum fuit ſubnectere.

I. Excerptum ex Epiſtola Hieronymi ad Euſtochium.

II. Eiuſdem ad Demetriadem excerptum.

III. Item

III. Item ex eiuſdem Epiſtola ad Furiam.
IV. Excerptum ex Epiſtola Cypriani & habitu Virginum.
V. Ex Sermone S. Cæſarij Epiſcopi ſanctimonialibus directo.
VI. S. Athanaſij ad Sponſas Chriſti.
VII. Quales in monaſterijs puellaribus debeant eſſe Abbatiſſæ.
IIX. De congregandis in monaſterijs ſanctimonialibus.
IX Qualiter ijs quæ monaſterium expetunt, de rebus proprijs ſuis agendum ſit.
X. Qualiter in monaſterio ſanctimonialibus conuerſandum ſit.
XI. Vt monaſteria puellarum vndique muniantur, & neceſſariȩ habitationes interiùs præparentur.
XII. Vt Sanctimoniales in vna ſocietate viuentes æqualiter cibum & potum accipiãt.
XIII. Qualiter Sanctimoniales ſtipendia accipere debeant neceſſaria.
XIV. Quod gemina Abbatiſsis impendenda ſit pactio.
XV. Vt ad horas Canonicas celebrandas incunctanter conueniant Sanctimoniales.
XVI. De inſtantia orationis.
XVII. Vt completorium pariter Sanctimoniales celebrent.
XIIX. Qui modus correptionis, erga Sanctimoniales delinquentes adhibendus ſit.

XIX. Vt Abbatiſſæ, virorum frequentias vitent.

XX Vt ſanctimoniales virorum caueant frequentias.

XXI. Vt ſanctimoniales erga famulas ſibi ſubuenientes, peruigilem adhibeant curam & cuſtodiam.

XXII. Vt erga puellas in monaſterijs erudiendas magna adhibeatur diligentia.

XXIII. Vt in monaſterijs puellaribus domus propter anus & infirmas ſit.

XXIIII. Quales ſint Præpoſitæ conſtituendæ

XXV. Qualis ſit conſtituenda celleraria.

XXVI. De porta monaſterij conſtituenda.

XXVII. Vt non niſi ſtatuta præsbyteri eorumq; miniſtri monaſteria puellarum ingrediantur.

XXVIIX. Vt hoſpitale pauperum, extra monaſterium ſit puellarum.

Hanc cõſtitutionẽ ſacer conuentus anno Incarnationis Dominicæ DCCCXVII. Indict. X. anno glorioſiſsimi Ludouici Imperatoris tertio in Aquiſgrani palatio, eodem monente Principe, ob animarum ſanctimonialium canonicè degentium ſalutem, Diuina inſpirãte gratia, ex SS. Patrum auctoritatibus, velut ex pratis vernãtibus quoſdam Floſculos collegit, & congreſsit in vnum, atque communi voto, communique conſenſu ſanctimonialibus tenendum obſeruandumque percenſuit.

CAPVT

CAPVT XXXVI.

FRAVVENMVNSTERIENSE COLlegium Tigurinum Canoniſſarum, apud Heluetios.

D*Ominarum* Monaſterium in ſiniſtra Limagi ſitum, vulgò *Fravvenmunſter zu Zurch*, Canoniſſarum, ex illuſtribus plerumque Principum, Comitum, ac Baronum familijs natarum ampliſsimum opulentiſsimũque olim collegium, fundatur anno Domini 833. in pago Tigurino, à Ludouico Germaniæ Bauariæ, & Eſterfrancorum Rege, Ludouici Pij filio, Imperatoris Caroli Magni nepote, Lotharij verò Imperatoris fratre. Is huic cœnobio ius & aduocatiã Tigurini pagi, in Ducatu Sueuiæ ac Turgouienſi tractu ſiti, cũ *Vri* Lepontiorum & Vrſellanorũ pago poſsidendum dedit.

GANDERSHEYMIENSE COLLEGIum in Ducatu Brunſuicenſi.

GAndersheymium magnificum & eximiè opulentum virginum ex nobili Principum ac comitum ſtirpe natarum collegium veriùs quàm cœnobium, in eiuſdem nominis Brunſuicenſi oppido ſitum, exſtrui & fundari cœptum eſt anno Domini 842. à *Leodolpho* vel *Leutholpho* magno Duce Saxonũ; conſecratum anno Domini octingenteſimo quinquageſimo ſecundo à Sancto Alfrido

quarto

quarto Hildesheimenſium Epiſcopo; qui primas duas eius loci Abbatiſſas deſignaſſe & velaſſe dicitur.

Capvt XXXVII.

Hambvrgense et Bremense collegia in Germania.

S. Anſcharius primus Epiſcopus Bremẽſis & Hamburgenſis, præclarus omnium Aquilonarium regionum Apoſtolus, ſedit in Epiſcopatu annis triginta quatuor; primùm annis ſeptem Hamburgi, poſt Hamburgi à barbaris vaſtationem, annis nouem in Ramſola; reliquis verò annis Bremæ: vbi in matrice Eccleſia S. Petri ſepultus eſt, in quam S. VVillehadum tranſtulerat. In primo adoleſcentiæ flore regulam S. Benedicti profeſſus eſt in Francia Corbeia. Inde cùm in nouam Saxoniæ Corbeiam commigraſſet, *Haraldus* Rex Danorum à Ludouico Auguſto auxiliũ petijt. Quod ei Imperator promiſit, ſi vellet fidem profiteri Chriſtianam; fidem igitur Rex recepit, quem Imperator de Sacro fonte leuauit, & in filium adoptauit. Dum autem vterque quæreret prædicatorem in Aquilonarem regionem mittendum, vltrò ſeſe *Anſcharius* obtulit, nihil territus barbaricæ gentis crudelitate. Hac occaſione paulò poſt, cùm Aquilonis regna Diuini verbi illuſtraſſet prædicatione,

dicatione, magno Epiſcoporum & Principū habito conſenſu, conſecratus eſt Archiepiſcopus Danorum, Suedorum, Sclauorum, & omnium Aquilonarium regionum, per manus *Drogonis* Præſulis Metenſis, auctoritate Gregorij IV. Papę, ſede Epiſcopali in Hāburgenſi vrbe conſtituta. Exinde Sanctus pater creditū ſibi in gentes legationis officium ſtrenuè obiuit; captiuos redimendo, tribulatos refouendo, domeſticos erudiēdo, barbaris Euangelizando, foris Apoſtolus, intus monachus, nūquam viſus eſt otioſus. Friſiosquoque adiens, caſtigauit eos, quòd laborarēt Dominico die, pertinaciùs verò agentes, cæleſti igne mulctauit. Quia verò diœceſis fructus neceſſitatibus Archiepiſcopi & clericorū eius non ſufficebant, Ludouicus Imperator in ſupplementū & victum adiecit eis monaſterium *Thurolt*, ſitum in Occidentali Gallia, quæ nunc Flandria dicitur. Ad quod monaſterium, perſecutione ſæuiente, nonnunquam commeans, & fratres ſpirituali conſolatione de dono Dei implebat & nihilominus temporale ſubſidiū inde reportabat. Quo eodem in loco puerum inuenit *Rembertum*, quem in dicto monaſterio inſtitui curauit; inſtitutum, vitæ reliquæ indiuiduum comitem habuit, & in pontificali miniſterio ſucceſſorem. à morte autem Imperatoris, cùm filij de ditionibus cruentè digladiarentur, Dani per mare & Albiam eua-

gantes

gantes, Hamburgum vaſtauerunt. Inclyta ciuitas tota aut incendio, aut præda perijt. Ibi Eccleſia, ibi clauſtrum, ibi Bibliotheca, ſummo per S. Anſcharium ſtudio collecta, conſumpta eſt. Sanctus autem Epiſcopus cum reliquijs Sanctorum, vix nudus, Ramſolam peruenit. Suo quoque monaſterio, quod illius ſolatio Ludouicus contulerat in Flandria, eſt deſtitutus, eò quod cum reliqua Gallia partitione fratrum, in ius Caroli ceſsiſſet quē poſtea dixere Caluum. Hinc recedentibus miniſtris, ob defectum neceſſariorum, & ob infirmum in Hamburgo contra Barbaros pręſidiū, vactāi Bremenſi Eccleſiæ Ludouicus Rex *S. Anſcharium*, ſecundū Canones præfecit. Aegrè tamen eo adduci potuit, ne ſui gregis deſertor, & alieni haberetur inuaſor. Sed paulò poſt, Regis ſolicitatione, Nicolaus Pontifex Bremenſem Epiſcopatum Hamburgenſi Metropoli copulauit, ex duabus Eccleſijs attenuatis vnā efficiens an. 850. vt titulus permaneret Hamburgenſis, & interiret Bremenſis. vtroq; autem in loco Sancti Anſcharij natalis ſumma veneratione percolitur, aut (quod propter fidei oppreſsionem nunc dicere cogimur) coli ſolet. Helmoldus pręsbyter, in Chronicis Slauorum, dicit Magiſtrum Adam geſta Hamburgenſis Eccleſiæ Pontificum diſertiſsimo ſtilo conſcripſiſſe

Capvt

CAPVT XXXVIII.

S. VVALBVRGIS COLLEGIVM *Furnenſe in Flandria.*

FVrna inſigne eſt Flandriæ opidum, in quo ſplendidum eſt hodie Canonicorũ Collegium, quod olim Benedictini inſtituti monaſterium fuit. De cuius origine hæc ferè Meyerus in Annalibus Flandriæ. *Anno circiter* IↃCCCLXX. *Balduinus ferreus Flandriæ Comes, Carolũ Caluum Francorũ Regem comitatus in Sueuiã, deportauit inde ſecu corpora SS. Vualburgis, ac fratrũ eius Vuillibaldi & Vuinniboldi, eaq́; magno cũ honore Furnis ſeruanda tradidit, tẽplo ſacerdotibusq́; ad id inſtitutis, Benedictini nominis, qui poſtea Canonici facti ſunt.* De hiſce Diuis vide Mart. Rom. 1. Maij, & 7. Iulij, itemque Natales Belgicos Molani.

Ceterum Furnenſis collegij Præpoſitura à nobiliſsimis olim viris adminiſtrari ſolita, vnita nunc eſt cum Epiſcopatu Iprenſi.

CAPVT XXXIX.

ANDLOVVENSE COLLEGIVM CAnoniſſarum in Germania.

ANdlovv, antiquitus Andelaha, ab eiuſdẽ nominis Fluuio, vel Helionis cenobium in pago Heliſatia, S. Fabiano, & Felicitati ſacrum, Canoniſſarum celebri loco natarum opulentum collegiũ, ad montana Voſagi ſitũ, pro XII. Canoniſsis, totidẽq; Canonicis fundatum

fundatum liberaliſsimeque dotatum eſt anno Chriſti 880. aut vt alij volunt, 888. à *S. Richarda* Scotorũ Regis filia, Caroli Craſsi Romanorum Imperatoris coniuge; quæ per diuortium à marito ſegregata, ibi vixit, mortua, & honorifico tumulo poſt ſummam aram in ſublimi collocato, ſepulta eſt. Maritus verò Carolus Craſſus *Neydingi* in pago ad Danubiũ ſito (in quo nunc etiam monialium congregatio eſt à Furſtẽburgenſibus Comitibus fundata) interfectus anno Domini 888. Cubat in Augia Diuite. Cauſam diſsidij inter hos coniuges recitant Regino Abbas Prumienſis & Cuſpinianus. Dicitur in hoc ipſo cœnobio adſeruari pars reliquiarũ S. Lazari à Chriſto reſuſcitati. Sic fere Bruſchius in Chronologia monaſteriorum Germaniæ.

Capvt XL.

S. PIATI SECLINIENSE COLLEgium, *in Flandria, & S. Piati Carnutenſe in Francia.*

Hvius mentio fit lib. III. Decretalium de Præsb. cap. 17. & 18. Initia eius attribuunt *B. Eligio* Nouiomenſi ac Tornacenſi Epiſcopo, qui S. Piati Martyris corpus repertum, loculoque incluſum Seclinij collocauit, inſtituto ibidem clericorum collegio. Anno autem 881. ſæuiente Normannica perſecutione

one, corpus S. Piati Carnutum in Galliam eſt translatum, eaque deſæuiente Seclinium eſt reportatum. Manſit tamen pars reliquiarum eius Carnuti, quæ ibidem hodieque in XII. Canonicorum Baſilica adſeruatur. Hæc ex vita S. Piati anno 1591. Duaci cum officio Eccleſiæ Tornacẽſis, excuſa didici. Vide Molanum in Natalibus Sanctorum Belgij.

CAPVT XLI.

MONASTERIVM SVPERIVS Ratisbonenſe, Germanicè *Ober Munſter, Virginum nobilium Canoniſſarum.*

M*Onaſterium Superius*, ſicut & *Inferius*, & *S. Pauli* in Ratisbona, nobilium Virginum hoc tempore collegia potius dicenda ſunt, quàm monaſteria. nulla enim regula aut voto tenentur, præter obedientiam: licet illis egredi & nubere, excepta Abbatiſſa, propter benedictionem. An verò hæc libertas ſeu licentia potius (quam ſibi à quinquaginta annis, vt auctor eſt D. Laurentius Hochvvart) vendicarunt, quod ſingulæ ſuas diſtinctas domos vno muro & porta concluſas habeant, ita vt in vno refectorio & dormitorio, nec cibum capiant, nec ſomnum, quod ad magnam leuitatem præbet occaſionem) primæ horum monaſticæ inſtitutioni conueniat, vel ipſum nomen monaſterij ſatis declarat. Vnde apud

omnes bonos non nimis benè audiũt, & ſeuera ſanè reformatione non minus indigerent, quàm tempore Diui VVolffgangi, qui propter diſſolutiſsimam vtriuſque monaſterij vitam, tertium *Sancti Pauli* ſub arctiore regula & diſciplina inſtituiſſe ſcribitur, quorum exemplo alia duo ad meliorem vitam, quaſi inuita, pertraherentur. Subiecta ſunt hæc duo monaſteria *Superius*, & *Inferius*, Romanorum Imperatori, quoad ſæcularia, in ſpiritualibus verò Epiſcopo Ratisbonenſi, tamquam Ordinario loci, Aduocatum verò habent Ducẽ Bauariæ.

Fuerunt autem illa monaſteria Superius & Inferius ante iſtas fundationes & dotationes pauperes cellulæ feminarum religioſarum, ſicut in Chronicis legitur.

INFERIVS MONASTERIVM Ratisbonenſe, Germanicè, *Nider Munſter zu Regenſpurg.*

INferius monaſterium Ratisbonenſe, nobilium virginum Collegium, inſtitutum eſt per *Iudithàm*, filiã Arnoldi Mali, Ducis Bauariæ, vxorẽ Henrici primi, Ducis Bauarię ex gente Saxonum, fratris Othonis primi & magni Imperatoris, raræ pulchritudinis & pudicitiæ feminã; cuius mauſoleum ibidẽ in aditu monſtratur. Teſtantur id diplomata Othonis primi Imperatoris magni, qui aliqua prędia & curtes

turtes dono dedit, nec non S. Henrici.

Ratbo Damaſianus Comes, eo tempore Orientalis Boiariæ, nunc Auſtriæ marchio, cum hac Iuditha, deuotionis gratiâ, Ieroſolymam profectus eſt.

Ibidem ſepulta eſt *Giſala*, vxor Henrici Secundi, Ducis Bauariæ, mater Henrici ſancti Imperatoris: vt teſtatur crux aurea à filia huius Giſalæ, Regina vngariæ donata.

Laurentius Hochvvart, Canonicus Ratisbonenſis & Pataulenſis, veterum monumentorum auidiſsimus inquiſitor, in Chronicis ſuis Epiſcorum Ratisbonenſium, hoc monaſterium ſcribit exſtructum eſſe anno Domini 900.

S. PAVLI MONASTERIVM RATISbonenſe.

CVm monaſteria duo, Inferius & Superius, Ratisbonæ à regulari vita multum diſceſsiſſent, nec reformari vellent, *S. VVolfgangus Epiſcopus*, tertium, nempè *Sancti Pauli* monaſterium Virginum inſtituit anno nongenteſimo nonageſimo quarto, ſub regula & profeſsione S. Benedicti; & congregationi huic primam Abbatiſſam præfecit *Brigitham*, Sancti Henrici Imperatoris ſororem à ſe Baptizatum; ad quarum regularem obſeruātiam & imitationē alia duo monaſteria ſic excitatā ſunt. vnde verſiculus, quē ipſemet ſcripſit,

Struxerat ædiculam Mandrita Lupambulus iſtã.

Lupambulus, id eſt *VVolſgangus.* Iuuit eum Henricus Dux Bauariæ, pater Sancti Henrici Imperatoris.

Sic ferè Hundius in Melropoli ſua Salisburgenſi.

Capvt XLII.

S. DONATIANI COLLEGIVM CAthedrale Brugenſe in Flandria.

S. Donatianus Remorum Archiepiſcopus ſeptimus in ordine numeratur, eſtque translatus ad ſecundam Comitatus Flandriæ vrbem, quæ à pontium multitudine Brugarum nomen habet. Translationis autem hæc fuit occaſio, cùm Normanni & Dani tertiò Flandriam ferro & igne vaſtaſſent, Balduinus Ferreus, Foreſtarius Flandriæ, Iuditham Caroli Calui filiam rapuerat, & vxorem duxerat. Sed pace compoſita per Nicolaum primum, & Ebonem Rhemenſem Epiſcopum, dotis nomine accepit totam regionẽ Scalde, Somona, & Greano terminatam: dictuſque eſt Comes regni Francorum, & Marchio Flãdriæ, eo potiſsimum nomine, vt aduerſus omnem Aquilonis barbariem, perpetuus foret regni Francorum propugnator. Ebo quoque pacis Frandriæ confirmandæ cauſa, & vt ferocis gentis animi, cultu religionis miteſcerent

rent, *S. Donatiani* corpus Balduino Comiti in Flandriam miſit, additis huiuſcemodi litteris: *Ego Ebo indignus Rhemorum Archiepiſcopus, hunc Theſaurum ſuper gemmas & aurum pretioſum, tibi, glorioſe Marchio Balduine, noſtrorum conſilio clericorum, tranſmitto, Donatianum ſcilicet, ſeptimū noſtræ ſedis Epiſcopum, miræ ſanctitatis virum, piū exauditorem, & promptiſſimum apud Deum interceſſorem, tam ſæcularibus anguſtijs occupatis, quàm peccatorum ſceleribus detentus. Quod & noſtris & anteceſſorum noſtrorum temporibus ſatis euidenter comprobatum eſt. Eius, ſanctiq́ Remigij, ac innumerabilium ſanctorum vitæ ſcripta, VVandalorum vaſtatione ſcias eſſe deleta. Hunc atteſtatione diuina tuæ fidei committo, quatenus eum diuino ſeruitio, in quantum vales, honorifices, & ſæcularibus dites.* Valé dilectiſsime in Domino.

Tranſlatæ ſunt autem ſacræ reliquiæ, primò ad Turholtum monaſterium; deinde iuſſu Balduini, cum magna celebritate ad portum Brugas.

Anno autem Chriſti 994. *Arnulphus Magnus Flandriæ Comes, condidit nouum templum* D. *Donatiani, legitq́ ibi Canonicos Sacerdotes* XIII. *ex quibus qui Antiſtes eſſet, Præpoſitus appellaretur.*

Anno 1089. Præpoſitus templi S. Donatiani, inſtitutus eſt à Roberto Hieroſolymitano, Flandriæ Comite, perpetuus Flandriæ Cancellarius, ac magiſter monetæ domus Comitis; Canonici Sacellaniq́ eiuſdē Eccleſiæ, adſcripti in familiam, & inter domeſticos

Comitis. Ita Meyerus in annalibus Flandriæ.

Capvt XLIII.

S. MARIAE ET S. SALVATORIS *Collegia in vrbe Brugenſi, & alia eiuſdem diœceſis.*

BRugenſis Diœceſis opida ſunt iſta: Brugæ, Dammum, Sluſa, Ardenburgum, Middelburgum, Oſtenda, Birflitum, Armuya, Oſtbrouca, Oldenburgum, Oiſtburgum, & Blancoberga.

In vrbe Brugenſi, præter S. Donatiani collegium cathedrale, duo inſuper ſunt collegia Canonicorum: videlicet B. Mariæ Virginis, anno 1091. per *Radbodum* Epiſcopum Tornacenſem inſtitutum, & alterum *S. Saluatoris*, cuius templi prima fabrica & conſecratio *D. Eligio* adſcribitur. Ita Marchantius in deſcriptione Flandriæ lib. 1.

S. MARIAE COLLEGIVM ARDEN*burgenſe, in d. Brugenſi.*

ARdenburgum diœceſis Brugenſis eſt opidum, tertio milliari à Brugis ſitum, quod belli furoribus nunc penè proſtratum, iacet. In hoc opido *Mihael* Epiſcopus Tornacenſis anno 1296. collegium Canonicorum inchoauit, in templo longè pulcherrimo ac celeberrimo: teſte Marchantio, in Commentarijs Flandriæ.

MID-

MIDDELBVRGENSE COLLEGIVM in d. Brugenſi.

HAbet Middelburgum opidum, (quod anno 1488. muris per Brugenſes, eſt exutum) inſigne collegiũ Canonicorum, cuius auctor fuit, *Petrus Bladelinus* Eques Middelburgi Dynaſta, qui Philippo bono Burgundiæ duci, Flandriæque Comiti, & eius filio Carolo Audaci OEconomus, Conſiliarius, & ordinis aurei velleris Theſaurarius fuit. Iacet is ibidem ſepultus, ante aram maximam.

CAPVT XLIV.

SANCTAE HARLINDIS COLLEgium Moſeicanum, ſiue Maſeykenſe, in Maſeyka opido diœceſis Leodienſis, ad Moſam Fluuium.

S. Harlindis Virgo, & ſoror eius Reilindis parentes habuerunt Adelardum & Grimeram; qui in propria Hæreditate ad Moſam, *Eike* monaſterium conſtruxerunt, vbi vtraque plurimas filias Chriſto genuit. Erant enim fide recta inſtructæ, charitate repletæ, humilitate decoræ, religione laudabiles largitate eleemoſynarum hilares. Quarum etiam curam habuerunt Sancti Epiſcopi, *VVillibrordus* & *Bonifacius.* Otium porro vt

mortiferam peſtem fugientes aliquando palliola contexebant, aliquando diuinas Scripturas, honorifico opere conſcribebant. Ex quibus nonnulla perinde, ac ſi recentia eſſent, hactenus conſeruantur, Cumq; putreſceret prima monaſterij Eccleſia, quæ lignea fuit, Aua Abbatiſſa lapideam conſtruxit, in qua Franco Epiſcopus vtramque virginem honorificè leuauit die 22. Martij anno 906. & eodem die, anno 1571, facta eſt per Suffraganeum Leodienſem altera ſolennis translatio. Tunc enim Collegium Canonicorum Eikenſium, qui ſanctimonialibus ſucceſſerunt, migrauit in oppidum quod *Maeſeike* nuncupant. locus eſt in Comitatu Loſſenſi, ſub Epiſcopatu Leodienſi.

Capvt XLV.

S. Vincentii Collegivm Sonegienſe inter Hallas & montes Hannoniæ.

S. Vincentius fuit Hannoniæ Comes, antea Madalgarius dictus, inter Palatinos Regis Francorum Dagoberti non infimus. Habuit enim vxorem conſanguineam Regis, Beatiſsimam *Baldetrudem*: ipſumque Rex habuit annis aliquot Hiberniæ Gubernatorem. Vnde poſtea in Gallias rediens, Sanctiſsimos & ſtre-

& ſtrenuos fidei prædicatores ſecum adduxit: inter quos memorantur *SS. Foillanus, Furſeus, Vltanus, Eloquius, Etto,* & *Adalgiſus.* Aubertum Epiſcopum miro humilitatis affectu coluit, qui eum adeò ſuperni amoris feruore accendit, vt depoſito cingulo militiæ ſæcularis, totum ſe ad cultum diuinum aſtrinxerit. Vnde ad Sambram, in municipio quod *Mons altus* dicitur, monaſterium conſtruxit, quod vnico milliari à Malbodio diſtat, vbi, monaſtico habitu ſuſcepto, ſub ſanctæ conuerſationis regula ſeſe humiliter recluſit. Erat enim, ſeruata charitate, ſeparatus ab vxore ſua VValdetrude, quæ in *Caſtrium loco* ſanctimonialium monaſterium conſtruxit. Tunc autem permulti ſanctitate & religionis Zelo illuſtres, hunc montem vocabulo & religione altũ frequentarunt, de animarum ſalute loquentes. Ita Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij.

Sonegiæ ſiue Sonegia, opidum eſt Hannoniæ ad Sennam Fl. tertio milliari à Montibus Hannoniæ metropoli, denſa inter nemora ſitum. Quod opidum, vt apud Belgas alia plurima, Monaſticæ originem debet ſuam. Sonegienſe porrò monaſterium à S. Vincentio Hannoniæ comite anno circiter 640. fundatùm, cum alijs pleriſque Belgicis impias manus Normannorum ſenſit. Pòſt à B. Brunone Archiepiſcopo Colonienſi Ottonis Imp. fratre, qui Hannoniæ Eccleſias pœnè vniuerſas

reformault, conuerſum eſt in ſæcularium Canonicorum collegium anno 965. qui hodieq; Sonegienſis opidi dominium obtinent, in cuius opidi medio ſita eſt Baſilica perantiqua, clauſtri, vt vocant, monaſtici veſtigia etiamnum retinens non pauca. De his rebus ita breuiter Iacobus Guiſius in manu ſcriptis Hannoniæ Chronicis.

Bruno Archiepiſcopus Colonienſis, amotis monachis apud Sonegias, inſigne Canonicorum ſæcularium collegium ordinauit, iiſq; conſtitutiones iuxta regulam S. Auguſtini præſcripſit, templo & clauſtro reparatis.

Capvt XLVI.

S. VValdetrvdis collegivm Montenſe Canonicorum & Canoniſſarum in Hannonia.

S. VValdetrudis parentes habuit VValbertum & Bertiliam, maritum S. Vincẽtium, Comitem Hannoniæ, ſororem S. Aldegundem, proles, *Landricum, Aldetrudem*, & *Madelbertam*, quę duę Malbodio monaſterio poſt Aldegundem præfuerunt, & Dentlinum puerum, qui in albis obijt. Hi autem omnes in Litanijs Eccleſiæ Montenſis inuocantur: eorumque tempore pagus à fluuio ſuo dictus *Haynoenſis* (ſiue, vt nunc loquimur, Hannonia, inſignis Comitatus) coronam geſta-

geſtabat vernantem quorundam Sanctorum meritis. Aubertus clarebat in Cameracenſi ſede; Landelinus Criſpinij; Giſlenus Cellæ. Cumque Beatus Vincentius, totus inhians cęleſtibus, in alto monte monaſticum habitum ſuſcepiſſet; & relicto ſæculi naufragio, monaſterij portum expetiuiſſet, coniunx eius S. VValdetrudis, quæ id ei annuerat, admonitione S. Giſleni, à Beato Auberto Epiſcopo velamē ſacrum impetrauit, & cellulam ſeu monaſteriolum conſtruxit in monte, qui Caſtrilocus dicitur. Quæ cellula eſt hodie in primaria Hannonię vrbe, Eccleſia S. VValdetrudis, conuerſa in Canonicarum nobilium collegium; cuius perpetuus Abbas & Aduocatus eſt Comes Hannoniæ. Cùm autem VValdetrudis ante conuerſionem ſecum luctaretur, dum eſſet in Baſilica villæ, quam vulgus Buxutum nominat, apparuit ei S. Gangericus Epiſcopus qui dixit; *Age quid agis*: & calicem vino plenū per viſionem ebibendum dedit. Quam viſionem illa poſtea narrauit, & meditatum opus perfecit, tolerans calumnias & opprobria; quæ hinc conſequebantur. Loco autem exculto, etiam nobiliores puellæ ad eius magiſterium concurrerunt, & ſub ea Domino caſtitatem dedicarunt. *Quid verò opus eſt*, inquit hiſtoriæ ſcriptor, *de vita eius multa narrare, cùm nunc ad corpus eius tot virtutum documēta teneamus?*

Eſt

Eſt quoque Patrona ciuitatis, & Eccleſiæ Herentalenſis in Brabantia Officium matutinale compoſuiſſe Olbertum, Abbatem Gēblacenſem, legitur, in geſtis Gemblacenſium Abbatum.

Porrò S. Bruno Archiepiſcopus Colonienſis, & Hannoniæ reformator *Montibus in Eccleſia B. Mariæ, quæ S. VValdetrudū dicitur, & Melbodij in Eccleſia S. Aldegundis, ſæculares prabendas Canonicales ordinauit, & in dictis Eccleſiis ſtabiliuit alia collegia Canonicorum, qui domicellis ſubſeruirent, in munijs Eccleſiaſticis, femineo ſexui non permiſsis. Item in vrbe Montenſi vti Nonnas ſeu Moniales in Canonicas ſeculares, ſic & monachos in Canonicos ſeculares commutauit.*

Item in Eccleſia S. Germani, quæ erat Paræcia vrbis Montenſis Canonicos ſtabiliuit, & Prabendas ordinauit.

In vrbe quoque Melbodienſi Eccleſiam S. Petri, & S. Quintini, & alias alibi prabendas prouentibus, ædificijs, & priuilegijs imperialibus nobilitauit : Vt loquitur Iacobus Guiſius in manuſcrip. Hannoniæ Chronicis lib. 14.

Ceterùm à multis retrò ſeculis Comes Hānoniæ Abbas extitit Eccleſiæ ſeu Collegij S. VValdetrudis in vrbe Montenſi. In dicta enim Baſilica Montenſi Balduinus Comes cognomento diues, honorificè conditus eſt, addito Abbatis titulo. Cùm namque opulentiſſimum iſtud Canonicarum collegium iam olim

lim diuerſis ſæpè inuolueretur difficultatibus, viſum eis fuit expedire, vt exſtincta Abbatiſſæ dignitate, omnis ſacri conuentus adminiſtratio per quatuor ſeniores Canonicas fieret, quæ in locũ Abbatiſſæ in regimine ſuccederẽt, & vt à Romano Pontifice, cum ſæpè ex Abbatiſſæ electione grauiſsimæ enatæ eſſent turbæ, Comes Hannoniæ expeteretur perpetuus defenſor & Abbas, vt loquuntur, ſæcularis. Hinc fit, vt quicunque Hannoniæ Comes inauguratur, idem & Abbas fiat ſæcularis dicti collegij S. VValdetrudis. Cui & reditus annui pẽduntur, Abbatiſſæ iam olim adſignati. eorumque ſeu dignitatis poſſeſsio traditur per pedũ Abbatiale, quod ipſi in ſupplicationibus ſolẽnibus antefertur; ſed & ipſo quoque abſente, deferri ſolẽniter ſolet. Ipſe verò Comes in inauguratione viciſsim, vt Abbas & protector iuramentum præſtat, de conſeruandis immunitatibus, priuilegijs alijſque dictæ Eccleſiæ iuribus.

Simili ferè ratione apud Veromanduos in opido S. Quintini Rex Galliæ hæreditarius ac perpetuus cuſtos ſeu Theſaurarius eſt Eccleſiæ ſeu Collegij Canonicorum S. Quintini.

Quibus de rebus vide Molanum de Canonicis libro ſecundo capite 5. & 49.

CAPVT XLVII.

S. GERMANI COLLEGIVM CANOnicorum, in vrbe Montenſi apud Hannones.

COllegium iſtud originem atque inſtitutionem ſuam debet nobiliſsimo Virginum Canonicarum S. VValdetrudis collegio, eadem in vrbe; quibus quidem Canonici in ijs ſacris, quæ ſexui femineo permiſſa non ſunt, obeundis, vt Sacellani ſubſeruiunt. Solet enim quotidiè vnus è Canonicis ſummum Sacrum in Sanctæ VValdetrudis Baſilica cãtare & Dominicis alijſque ſolemnioribus anni diebus feſtis tenentur omnes ſupplicationibus, quas Canonicæ celebrant, intereſſe. Hæc ex Iacobi Guiſij manu ſcriptis Chronicis Hannoniæ deſumpſimus. Quando autem hoc Canonicorum collegium in ſeparata à virginibus Baſilica reſidere cœperit, & proprijs quaſi prouentibus frui, Guiſianus non exprimit.

A multis tamen retrò ſæculis hæc ita ſeſe habere, teſtis eſt Chronographus Cameracenſis, qui circa annum Chriſti milleſimum quadrageſimum floruit, *& in villa caſtriloco, duo monaſteria, vnum puellarum, alterum Canonicorum S. Germani*, fuiſſe teſtatur.

CAPVT XLVIII.

S. DENTLINI SIVE DENTELINI Reſenſe collegium, in d. Colonienſi ad Rhenum Fluuium.

S. Dentlinus filius S. Vincentij Comitis Hannoniæ, & S. VValdetrudis, fertur puer ſeptem annorum in albis mortuus. Canonicæ S. VValdetrudis inuocant eum in Litanijs. Sed longè celebrior eſt apud Canonicos Reſenſis opidi, in Cliuia, qui annuèeũ celebrant die 14. Iulij; & hebdomadatim ferijs ſecundis & quartis non impeditis. Embricæ præterea parochia Sanctæ Aldegundis celebrat eum in choro, die decimo ſexto Martij. Porrò matutinæ lectiones cleri Reſenſis merita eius occultis Dei iudicijs committunt, & magis verſantur in laude parentum. Sequentia tamen inde deſumpta ipſum concernunt: *Poſtremò genuit Sanctus Vincentius Sanctum Dentlinum, patronum noſtrum glorioſum; qui in Chriſto renatus, infans migrauit ad Dominum, vt de eo impleretur ſermo Dominicus: Sinite paruulos venire ad me: talium eſt enim regnum cœlorum. Et quod Propheta dicit: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. In huius enim mundi procellarum fluctibus diu quaſſari nequaquam eſt permiſſus, vt de eo verè dicatur: Raptus eſt, ne malitia*

mutaret

maturet intellectum eius, aut fictio deciperet animam eius. Placida enim erat Deo anima illius; propterea properauit eum Deus educere de medio iniquitatum. Et infra. *Sepultus eſt Sanctus Dentlinus honorificè in cœnobio Senegienſi iuxta Beatum Vincentium genitorem ſuum, in locello auro, & argento, ac lapidibus pretioſis intexto. Quod cœnobium ipſe Sanctus Vincentius eleganti ſatis conſtruxit opere, & ſtipendijs ac poſſeſſionibus magnificè exornauit.* Hæc Reſenſes.

Capvt XLIX.

Malbodiense collegivm Canonicorum & Canoniſſarum in Hannonia.

SAldegundis Virgo, in pago Haynoenſi, ex regali Francorum proſapia originem traxit, parentibus Gualberto & Bertilia. Cùm autem mater eam vellet illuſtri ſociare coniugio, reſpondit ſe illum ſolum concupiſcere, cuius prædia ſunt cœlum, terra, & mare, cuius fundi & diuitiæ nunquam deficiunt. vnde à VValdetrude, quæ virginis ſoror nata maior erat, in Caſtri loco inſtructa, poſtmodum ad Sambram Malbodium monaſterium conſtruxit, & turbam ſanctarum virginum congregauit; quibus prædia ſua poſſeſſioneſque tribuit, quas habebat in pagis, ſiue territorijs, Haynoenſi, Laumenſi, Sueſſionenſi Landunenſi, Oſtrebãto, Brachbanto, Riboarienſi, & alijs. Cumque

Cumque paſsionem aliquam vt plenè purgaretur vehementer optaret, cancri morbum in dextra mamilla percepit, eumq́; velut martyrium ſuum, aut purgatorium dilexit. Sororis ſuæ VValdetrudis filias, *Aldetrudam* & *Madelbertam*, ſic in pietate inſtituit, vt in monaſterij regimine ipſi ſucceſſerint. Porrò Sancta Aldegundis vitæ ſuæ ſtadium conſummans, cum magna claritate cœleſtis luminis, ad vitam migrauit æternam. Sepultaque eſt in villa ſeu curte Sora; vbi vterque parens tumulatus eſſe dicitur, ſed inde tranſlata eſt Malbodium; quod multis miraculis illuſtrauit. Eſt autem Malbodium hodie opidum Hannoniæ ad Sabim Fluuium & in eo celebre Canonicarum nobilium, ſiue Dominarum, aut (vt fundatio habet) ancillarum collegium, quarum Dominio ipſum opidum ſubijcitur.

S. QVINTINI COLLEGIVM Malbodienſe.

EST in eodem opido inſigne Canonicorum collegium, quod *Sancti Quintini* diciur, ex Malbodienſi Virginum monaſterio ſuam haud dubiè trahẽs originem. Hi Canonici diuina officia, virginibus non permiſſa, quotidiè celebrant.

Capvt LI.

S. BARTHOLOMAEI COLLEGIVM Bethunienſe, in d. Atrebatenſi.

IN S. Bartholomæi collegiata apud Bethunienſes quieſcit *S. Iorius*, Montis Sina Epiſcopus. Cæterum Bethunienſium traditio habet eum, voti & religionis cauſa, inuiſiſſe Boloniæ memoriam Deiparæ Virginis; inde propter viciniam loci diuertiſſe Bethuniam ad quendam, qui ipſi aliquando famulatus fuerat: apud quem nemine conſcio, nocturno tempore, ad lucem æternam migrauit. Famulus morte deprehenſa, & ſibi ex ea metuens à iudice moleſtiam, corpus ſanctum intra domeſticos parietes ſepeliuit. Sed res per crebras apparitiones detecta fuit. Vnde viro ſancto data eſt dignior ſepultura, quæ adhuc cernitur intra Eccleſiam D. Bartholomæi, in ſacello quod poſtea in honorem ipſius Iorij Deo dicatum eſt. Cùm autem eo etiam in loco memoria illius miraculis crebreſceret, caput decẽter exornatum repoſitum eſt in ſacrario; reliqua ſacra pignora in ſummo altari. In huius autem rei memoriam vtriuſque ſepulturæ locus, religiosè colitur. Nam & priuatæ illæ ædes annuè exornantur in die natali, caput ſacrum eò defertur, & ad ſepulchrum piè concurritur; circa quod multam lucem diuinitus apparen-

apparentem ſeſe conſpexiſſe teſtantur multi ſuperſtites.

Sic ferè Molanus in natalibus Sanctorum Belgij.

Capvt LXIII.

MOSPVRGENSE OLIM MONASTERIVM nunc Canonicorum collegium in d. Friſingenſi.

Arnoldus Imperator monaſterium & Abbatiam *Moſpurg*, anno 895. dedit ac ſubiecit Eccleſiæ Friſingenſi, vt perpetuò ſub eius defenſione & poteſtate eſſet, Ita legitur in libro traditionũ Friſingenſis Eccleſię. Tribuit illi monaſterio etiam paſcua in loco vbi Ambra in Iſaram cadit. Confirmauit hanc ſubiectionem & donationem Arnoldi Imperatoris Otho primus Imperator anno 940.

De hac re exſtat etiam ſententia Adalberonis Comitis, in cuius comitatu Moſpurg ſitũ eſt, ex mandato Cunradi Imperatoris; Qua ſententia Moſpurg monaſteriũ Eccleſiæ Friſingenſis iuri ac Dominio perpetuo adiudicatur, anno 1127.

Henricus ſanctus à fundamentis exſtruxit templum Moſpurgij pro ſæcularibus ſacerdotibus, Auentino teſte.

Caput LXIV.

Thorense Collegium Canoniſſarum & Canonicorum, in d. Leodienſi.

Anfridus, ſecundùm ſeculi dignitatem Comes Teyſterbandiæ, Bratuſpantiæ, & Hoyenſis, & Dominus de Altenæ, vxorem habuit *Hilſmandam*; qui poſtea diuino nutu in XVIII. Epiſcopum Vltraiectenſem promotus, conſtruxit in loco *Hohorſt*, prope Amorſfordiam monaſterium ordinis ſancti Benedicti, in honorem Dei genitricis Mariæ, tulitque duodecim monachos ex S. Viti Martyris Gladbacenſi cœnobio, & inſtituit VVeringerum, doctum pariter & pium, primum Abbatem, & liberaliſsimè dotauit, anno 1006.
1006. Idem Anfridus habitum religionis in monte S. Mariæ ſuſcepit, & vitam deuotiſsimè finiuit anno CIↃ. VIII. vel vt aliqui volunt CIↃ. IX. Itaque VVeringerus Abbas fuit in monte ſancto, & claruit anno CIↃ. XXVIII. cui Anfridus Epiſcopus multa bona, vt ſupra dictum eſt, tradidit, & Adelboldus itidem Epiſcopus decimas.

Adelbertus II. Abbas in monte ſancto claruit anno CIↃ. L. Huic Bernoldus ſeu Bernulphus Epiſcopus varia dedit bona; idemque monaſterium in vrbem Vltraiectinam tranſtulit anno Domini CIↃ. L.

Geruicus III. Abbas, & primus monaſterij S. Pau-

S. Pauli, claruit anno CIↃ. CXVI. ſub Burchardo & Godebaldo Epiſcopis.

Bartoldus II. Abbas S. Pauli claruit ſub Godebaldo Epiſcopo, anno CIↃ. C. XVII. & ſic alij ex ordine Abbates, vſque ad Gerardum à Mierlo, qui XXXVI. Abbas, obijt anno CIↃ. IↃLXXXIV.

Quod ad Thorenſe monaſterium Anfridi pariter opibus fundatum attinet, eſt illud hodie nobiliſsimarum virginum Canonicarum illuſtre ac potens collegium, in vico Thoren, qui ſeſquimilliari diſtat à Maſeica ditionis Leodienſis ad Moſam fl. opido, fixam habens ſedem. Quibus quidem virginibus, in ſacris muneribus obeundis ſubſeruiunt ſex Canonici ſæculares, ampliſsimè itidem dotati. De Thorenſis huius monaſterij initijs ita legitur in Chronico Leodienſi, à monachis Aureæ vallis conſcripto: *Ab Anfredo Comite, de conſilio Notgeri Epiſcopi Leodienſis fundatum eſt cœnobium monialium in villa, quæ dicitur Turne, quam tenet Comes Brabantinus à Leodienſi Epiſcopo. Hic Anfredus in Epiſcopum Traiecti per Deum electus, ſuam coniugem Hilſindem in Turne conſtituit; vbi filia eorum Benedicta primò regimen animarum ſub regula B. Benedicti ſuſcepit: ibique ſepultæ ſunt. Notgerus Comitatum Hoyenſem Leodienſi Eccleſiæ ab Anfredo Comite acquiſiuit, & ea quæ, Otho Imp. habebat ibi, acquitauit Epiſcopo, & annulo priuilegium ſigillauit.*

CAPVT LIV.

MAGDEBVRGENSE COLLEGIVM *Metropolitanum in Germania.*

CAnonicorum collegium à VVitikindo Saxonum Principe fundatū in VVeſtphaliæ opido Angauia (vbi hodie Principis illius monumentum viſitur) Henricus Auceps in agri Luneburgenſis opidum *Vallerſleben*, præfecto Marco Epiſcopo, tranſtulit: inde Otho I. Imperator, Aucupis filius Magdeburgum traduxit, & Archiepiſcopatui anno 967. à ſe conſtituto adiunxit. Primus Archiepiſcopus fuit *Albertus*, ex Treuerenſi, S. Maximini cœnobio euocatus, cuius ſucceſſores vſque ad annum Chriſti 1560. Albertus Cranthius enumerat. Dictum Albertum Benedictus VI. Pont. Max. ad Germaniæ Archiepiſcopos ſcribens, Germaniæ Patriarchā nominat. De rebus Magdeburgenſibus exſtat Andreæ VVerneri Chronicon Magdeburgenſe.

Alij ex Adamo Chronographo tradunt Epiſcopatum Magdeburgenſem, anno 971. fundatum fuiſſe.

CAPVT LV.

S. PAVLI COLLEGIVM LEODIENSE.

ANno IↃCCCCLX. Eraclius poſt Baldricum Epiſcopus Leodicenſium factus: duo in vrbe Leodicenſi

Leodicenſi monaſteria conſtruxit, ad titulum Sancti Pauli Apoſtoli, & ad titulum ſancti Martini Epiſcopi. Ita Sigebertus in Chronico.

Inſtituit autem Heraclius Canonicos viginti, quibus decem alios Notgerus Epiſcopus adiecit; vt ex hiſtoria vitæ eius conſtat; in qua ſic legitur: *Eccleſiam Sancti Pauli à feneſtris ſupra conſummauit, & bonis adiectis, vbi viginti tantum erant Canonici, triginta perfecit.*

AEgidius Bucherius in Chronico ſuo tradit templum iſtud Sancti Pauli ab Eraclio ſiue Eueracro anno Chriſti 967. inchoatum fuiſſe.

CAPVT LVI.

S. EVERMARI COLLEGIVM RVthenſe in d. Leodienſi.

S. Euermarus Martyr fuit nobilis Friſo, qui ſuccreſcentibus cum ætate meritorum virtutib⁹, ad ſancta loca peregrinabatur. Cumque Traiectum iret ad Sanctum Seruatium, diuertit in territorio Tungrorum apud Hacconem quendam in ſilua Harſclapia, cum ſeptem ſuis Comitibus: Qui, vt erat tyrannus, beatum virum cum dictis comitibus interfecit. Honoratur verò inter Dei Martyres à Rathenſi Eccleſia, & à vicina Tungrenſi, ad quam ſingulis annis Sacrum corpus defertur. Oſſa eleuauit circa annum 968. Heraclius E-

piſcopus Leodienſis: quam eleuationem tot ſubſecuta ſunt miracula, quod deſcripta ingens volumen efficerent.

Porrò Canonici Ruthenſes per merita Martyris benè dotati non reſident, ſed ſibi in diuinò officio ſubſtituunt matricularios, aut indoctos ruricolas. Quem abuſum fortaſſis melioribus temporibus emendabunt, aut rei indignitate commoti, aut ſuperioris auctoritate preſsi.

Capvt LVII.

RVREMVNDENSE COLLEGIVM cathedrale, in Geldria, ad Moſam fluuium.

SVVironem Epiſcopum produxit Scotia, fertilis ſanctorum virorum inſula; vbi in Epiſcopum electus, compulſus eſt aſſentiri, & iuxta inſulæ conſuetudinem Romam miſſus eſt, ſummi Pontificis manibus conſecrandus. Comes autem illi itineris & voti acceſſit *Plechelmus* ſacerdos. Quibus per Angliam iter facientibus, adiunctus eſt diuinitus *Otgerus* Leuita. Qui Romam peruenientes, Apoſtolorum limina lacrymis rigant; altaria precibus & votis cumulant; loca ſancta crebrò inuiſunt. Cognita autem Pontifex aduentus cauſa, VVironem diu relauctantem Epiſcopum ordinat; eundemque honorem Plechelmo impertit. Quos muneribus auctos mox in patriam remittit. Inde autem data o-

portu-

portunitate in Gallias abierunt; & à Pipino Duce Francorum, cum is didiciſſet illorum ſanctitate, locus à turbis remotus ipſis eſt attributus, qui vulgò *Mons-Petri* dictus eſt, in quo oratorium virginis Mariæ conſecratum eſt: itemque S. Petri monaſterium præclaro opere. Dux autem Pipinus VVironi, vt animæ ſuæ præſuli vitæque patrono, propter eximiam ſanctitatem ſua illi peccata confiteri, detractis calceis, eſt ſolitus. Cùm autem laborum propinquaret terminus, & gaudium inſtaret præmiorum, modica frebre correptus, carnis occubitum cum vitæ ſempiternæ ortu commutauit. Eſtque ſacrum corpus intra oratorium beatiſsimæ Matris conditum; & ad ſepulcrum eius plurima diuinitus collata ſunt beneficia. Et hæc eſt ſumma hiſtoriæ eius, quam ſacra vetuſtas ad poſterorum notitiam tranſmiſit.

Coluntur autem hi tres ſancti, vt patroni, in vrbe Ruræmonda, quæ nonnullas eorum reliquias conſeruat, quas ex dicto monte, qui etiam *mons Odiliæ* dicitur, accepit, quando Canonicorum collegium inde in dictum oppidum eſt tranſlatum.

Pręcipuã tamẽ portionẽ reliquiarũ S. VVironis Archiepiſcopalis Eccleſia Vltraiectẽſis ſibi adſcribit. Occupato.n. à Normãnis Vltraiecto, Hũgerus Antiſtes cum paucis Canonicis, anxiè Prumiam diffugit. Quorũ præſentia Lotha-

Lotharius Rex motus, contulit ei monaſteriū montis Odiliæ, vt in eo à Danorum incurſione liberi, diuini nominis cultum celebrarent. In Sācti Suitberti hiſtoria à ſancto Marcelino conſcripta, dicitur Epiſcopus Deirorum.

Epiſcopatum Ruremundenſem anno 1559. inſtituit Paulus IV. Papa.

Capvt LVIII.
S. Martini Collegivm Leodienſe.

S. Martini collegium ab Heraclio Epiſcopo inſtitutum eſſe teſtis eſt Sigebertus in Chronico ad annum 960. *Cum autem Rex Ottho tertius bona, quæ Heraclius Eccleſiæ Sancti Martini contulerat, eo defuncto in fiſcum regium reuocaſſet, ea* Notgerus *Epiſcopus ſuis meritis præclaris ſeruando regem recuperauit. Idem* Notgerus *clauſtrum ipſius Eccleſiæ in ſciſſo colle publici montis triplici vallo & muro cum turribus ſublimibus communiuit:* Vt in geſtis eius legitur. Ceterum de prima huius Eccleſiæ inſtitutione, cauſiſque eiuſdem, ex loci illius monumentis hæc refert AEgidius Bucherius in ſuo Chronico, *Circa annū Chriſti 963. Eueracrus Leodienſis Epiſcopus* Turonis *ad ſepulchrum S. Martini antea miraculosè ſanatus, Eccleſiam Sancti Martini Leodij fundat.* Huius itaque collegij auctor fuit Heraclius ſiue Eraclius Epiſcopus, quem manuſcrip.

ſcrip. codices nonnulli Eueracrum nuncupant.

CAPVT LIX.

S. IOANNIS EVANGELISTAE *Collegium Leodienſe.*

ANno IↃCCCCLXXII. *Notgerus ordinatur Epiſcopus Leodicenſium. Hic vrbem muro circumcinxit, ædificijs honeſtauit, maiorem Eccleſiam corpore S. Lamberti inſignitam à fundamento renouauit, cœnobium S. Ioannis Euangeliſtæ in Inſula fundauit.* An. 972. alijs 971.

Ita Sigebertus in Chronico. De eadem Eccleſia ſic legitur in rebus geſtis eiuſdem Notgeri Epiſcopi: *Notgerus Eccleſiam in honorem B. Ioannis Euangeliſtæ ſuis ſumptibus à fundamentis vſque ad conſummationem condidit. In qua XXX. Canonicos ad Clericatus executionem inſtituit, & pretioſis reliquijs merito, ſcilicet faucibus B. Vincentij Leuitæ & Martyrijs, nec non SS. Fabiani & Sebaſtiani communiuit. Idemque Notgerus iam dictam Eccleſiam S. Ioannis bonis perſonis initiauit. Nam Præpoſitum & Decanum de congregatione elegit, cuſtodem, magiſtrum ſcholarum ac Cantorem, diſtributo vnicuique officij, & laborum ſuorum ſolatio, conſtituit. Altare maius manu propria conſecrauit, & oratorium B. Hilarij & Remigij in dicta Eccleſia conſtituit.*

AEgidius Buchærius in Chronico tradit templum iſtud S. Ioannis anno 987. Calend. Maij dedicatum fuiſſe. 987.

CAPVT

Capvt LX.

S. CRVCIS COLLEGIVM *Leodienſe.*

ERrat in Leodienſis vrbis editiſsimo loco ſpatium, quod talis videretur eſſe capax ædificij, vnde reliqua vrbs ab eiuſdem arcis habitatoribus poſſet impugnari. Huius ædificandi copiam cum quidam in armis prępotens expetiſſet, quaſi inde totam vrbem & vniuerſas Epiſcopij facultates contra hoſtiles inſidias defenſaturus, intellexit prudens antiſtes verſutam hominis nequitiam;& ſi quod petebatur annueret, rem omnem in contrarium eſſe vertendam, ita planè vt qui detenſionem promiſiſſet Eccleſiæ, ipſi Epiſcopo vim inferret, clerum & populum opprimeret, poſtremò cuncta illuc appenditia ſibi pro libito diriperet, hac pernicioſa fretus munitione. Aſſumpta ergo Euangelici ſerpentis aſtutia, vultu quaſi benignas eius precibus aures accommodare pro tempore ſimulauit, corde autem quomodo domeſtici hoſtis obuiaret inſidijs, altiori conſilio deliberabat, cum interim differendo rem vſque in quemlibet certum diem, hominem iam in ſpem potiundæ voluntatis adductum dimiſit. Nec multo poſt Archidiacono, eidemque maioris Eccleſię præpoſito nomine *Rotberto* accerſito, ſecretò dolos occulti peruaſoris aperit, ſuadet,

det, monet, imo iubet vt faxit ibidem potius fundari Eccleſiam in honorē victorioſiſsimæ *Crucis*, cuius virtute magis quam omnibus mortalium armis ſeque ſuaque omnia tuta eſſe poſſe certum teneret, atque vt eiuſdem Eccleſiæ ante præſcriptum diem maturet fundamenta locari propenſius indicit. Præbet inſuper ad hoc maturandum larga ſatis impendia, ſpondens profecto quæ ille ad hæc aut nollet, aut non poſſet impendere, ſe in nullo neceſſario ei defuturum auxilio. Ille autem boni præſulis artibus inſtructus, ante condictum diem Eccleſiæ in honorē ſanctæ Crucis, fundamenta ibidem locare ſtuduit, beneficium quod ex dono Epiſcopi tenebat illuc deſtinauit, voto inſuper addens, quidquid de ſuo vel haberet, vel habiturus eſſet. Verum vbi impio iam dicto peruaſori compertum eſt eo loci fundari Eccleſiam, vbi arcem vana ſpe ſibi futuram ſpoponderat, non ſine multis querelis atque conuitijs recurrit ad Epiſcopum, illum perfidiæ accuſat & fraudis Alemanniæ qui ſententiam mutaſſet, atque vbi ipſe donum poſtulaſſet ibi fallax promiſſor Eccleſiam fundari mandaſſet. Epiſcopus autem contra magis vt morem gereret omnipotentis perſonæ quam deſeruire volens fallaciæ diu manet in diſsimulando eius rei conſcientiam. Atque ad ſatisfaciendum ei cuius moribus deſeruire habebat in tali temporis neceſsitate, ipſo præ-

ſente

ſente memoratum accerſiri iubet Præpoſitum. Quid ſtruat, qua ſpe, qua fiducia, cuiuſve iuſſu hoc cœperit, non ſine multa quaſi indignatione rogitat. Ille autem cum ſumma humilitate, nullo temeritatis ſtudio, pro nullius odio, verum hoc ob Redemptoris eiusque reuerendæ Crucis obtinenda impenſius ſuffragia ad hoc ſeſe adductum reſpondit. *Terram*, inquit, *ibidem inueni vacuam, per multos annos alicuius vtilitatis immunem, viſum eſt mihi illam Eccleſiæ ſanctiſſ. Crucis, cuius & fundamenta ſtruere cœpi, maximè eſſe idoneam; Quod ſi aliter veſtra domine præſul ſedet ſententia, ſiue placet domus Dei fundamenta in prædonum commutari refugium; nihil mea intererit; bonæ voluntatis ſi qua eſt ex me, merces mihi à Deo non deerit. Si quis autem ne hæc Eccleſia in honore Dei conſummetur obſtiterit; ſuper hoc; peccati immunis eſſe non poterit.* Audiens hoc Epiſcopus iam ſedato vultu quaſi iram reprimens, *ſi quid aliud*, inquit, *ibi cœpiſſes, profectò id fruſtrà eſſet, fideſque amico promiſſis inauulſa maneret. At nunc quandoquidem Saluator Crucis ſine vexillo hunc locum per te deſtinare voluit, quod cœpiſti inconcuſſum conſeruabimus, imò quæ poterimus ſupplementa ſuppeditabimus: iniuriam namque Creatori inferimus, ſi poſthabito eius præſidio ſpem vanæ ſalutis in armis hominum poſuerimus.* Ita profectò dolus, qui iam rapina animi peruaſerat Eccleſiaſtica, laudabiliter ſatis ſplendidâ admodum non frau-

fraude ſed induſtria Pontificis compeſcitur, ædificium Eccleſiæ cum clauſtro, & congruis pro loco, officinis conſummatur, eademque in honorẽ ſanctæ Crucis dedicata agris & decimis donatur, vnde XV. fratribus victus & veſtitus ſolatia præberentur. *Ita Anſelmus lib. 2. de geſtis Epiſcoporum Leodienſium c. 26.*

Itaque Notgerus ſiue Notkerus Leodienſis Epiſcopus collegij iſtius auctor exſtitit: qui templum ipſum S. Crucis per dictum Robertum Præpoſitum ædificari curauit, & anno 979. die 23. Octobris conſecrauit: teſte AEgidio Bucherio in Chronico.

Numerum Canonicorum poſtea auxit VVazo Leodienſis Epiſcopus; teſte eodem Anſelmo: *Vidimus,* inquit, *X X V. prabendas ab eo in vno die datas, quarum quindecim deſeruitores in Eccleſia victorioſiſſimæ Crucis, decem in Bartholomæi Apoſtoli Eccleſia, ex bonis maiori ex parte à ſeſe acquiſitis, conſtituit, nihil ab eis quærens niſi probos mores, & vtilitatem diuinæ ſeruitutis.* Lib. 2. c. 67.

CAPVT LXI.

S. DIONYSII COLLEGIVM *in Vrbe Leodienſi.*

Nithardo maioris Eccleſiæ cuſtode adminiſtrante, Notgerus Epiſcopus in honorem B. Martyris Dionyſij condidit Eccleſiam, in qua primũ quidem viginti delegati ſunt Canonici: procedente

vero tempore decem additis, in tricenarium profecerunt numerum, Ita Geſta Notgeri ab Ortelio edita tradunt.

AEgidius Bucherius in Chronico, refert iſtud S. Dionyſij templum anno 987. Kalendis Maij à Notgero dedicatum fuiſſe.

Factus eſt autem Notgerus Leodienſis Epiſcopus anno 971. & obijt anno 1007. die Iouis in cœna Domini IV. Idus Aprilis.

Capvt LXII.

S. FOILLANI FOSSENSE COLLEgium in Comitatu Namurcenſi.

FOſſenſe monaſterium opibus S. Gertrudis Virginis Niuellenſis à S. Foillano exſtructum fuiſſe ex Sigeberti Chronico ad an. 648. conſtat. Quo quidẽ à Normãnis vaſtato, vt arbitror, eo ipſo in loco Notgerus Leodicẽſis Epiſc. Canonicorũ cœtum inſtituit. Qua de re in Hiſtoria vitæ eius ab Ortelio in Itinerario Belgico edita ſic legas; *Notgerus Foſſenſem Eccleſiam condidit, ac muro & turribus circumductis communiuit.*

Capvt LXIII.

MOSPVRGENSE OLIM MONASTErium, nunc Canonicorum collegium in d. Friſingenſi.

ARnoldus Imperator monaſterium & Abbatiam *Moſburg* anno 895. dedit ac

ſubiecit

ſubiecit Eccleſiæ Friſingenſi, vt perpetuò ſub eius defenſione & poteſtate eſſet. Ita legitur in lib. traditionũ Friſingẽſis Eccleſiæ. Tribuit illi Monaſterio et paſcua in loco vbi Ambra in Iſarã cadit. Confirmauit hanc ſubiectionẽ & donationem Arnoldi Imperatoris Otho primus Imp. anno 940.

De hac re exſtat etiam ſententia Adelberonis Comitis, in cuius Comitatu Moſpurg ſitũ eſt, ex mandato Cunradi Imperat. Qua ſententia Moſpurg Monaſterium Eccleſiæ Friſingenſis iuri ac Dominio perpetuo adiudicatur, anno 1127.

Henricus ſanctus à fundamentis exſtruxit templum Moſpurgij pro ſecularibus ſacerdotibus, Auentino teſte.

CAPVT LXIV.

THORENSE COLLEGIVM CANONIſſarum & Canonicorum in d. Leodienſi.

ANFRIDVS, ſecundũ ſeculi dignitatem Comes Teyſterbãdiæ, Bratuſpantiæ, & Hoyenſis, & Dominus de Altenæ, vxorẽ habuit *Hilſmondam*; qui poſtea diuino nutu in XVIII. Epiſcopũ Vltraiectenſem promotus, cõſtruxit in loco Hohorſt, prope Amorſfordiã Monaſterium ordinis S. Benedicti, in honorẽ Dei Genitricis Mariæ, tulitq; duodecim monachos ex S. Viti Mart. Gladbacẽſi cœnobio, & inſtituit VVeringerũ doctũ pariter & Pium primum Abbatem & liberaliſsimè

dotauit anno 1006. Idem Anfridus habitum religionis in monte S. Mariæ ſuſcepit, & vitā deuotiſsimè finiuit anno c I ɔ. VIII. vel vt aliqui volunt c I ɔ. IX. Itaque VVeringerus Abbas fuit in monte ſancto, & claruit anno c I ɔ. XXVIII. cui Anfridus Epiſcopus multa bona, vt ſupra dictum eſt, tradidit, & Adelboldus itidem Epiſcopus decimas.

Adelbertus II. Abbas in monte ſancto claruit anno c I ɔ. L. Huic Bernoldus ſeu Bernulphus Epiſcopus varia dedit bona; idemq́; monaſterium in vrbem Vltraiectinam tranſtulit anno Domini c I ɔ. L.

Geruirus tertius Abbas, & primus monaſterij S. Pauli, claruit anno c I ɔ. CXIV I. ſub Burchardo & Godebaldo Epiſcopis.

Barcoldus ſecundus Abbas S. Pauli claruit ſub Godebaldo Epiſcopo, anno c I ɔ. C. XVII. & ſic alij ex ordine Abbates, vſque ad Gerardum à Mieclo, qui XXXVI. Abbas, obijt anno c I ɔ. I ɔ. LXXXIIII.

Quod ad Thorenſe monaſterium Anfridi pariter opibus fundatum attinet, eſt illud hodie nobiliſsimarum Virginum Canonicorum illuſtre ac potens collegiū, in vico Thoren, qui ſeſquimilliari diſtat à Maſeica ditionis Leodienſis ad Moſam Fluuium opido, fixam habens ſedem. Quibus quidem virginibus, in ſacris muneribus obeundis ſubſeruiunt ſex Canonici ſæculares, ampliſsimè itidem dota-

dotati. De Thorenſis huius monaſterij initijs legitur in Chronico Leodienſi à monachis Aureæ Vallis conſcripto: *Ab Anfredo comite, de conſilio Notgeri Epiſcopi Leodienſis fundatum eſt cœnobium monialium in villa, quæ dicitur Turne, quam tenet Comes Brabantinus à Leodienſi Epiſcopo. Hic Anfredus in Epiſcopum Traiecti per Deum electus, ſuam coniugem Hilſindem in Turne conſtituit; vbi filia eorum Benedicta primò regimen animarum ſub regula B. Benedicti ſuſcepit: ibiq; ſepultæ ſunt. Notgerus Comitatum Hoyenſem Leodienſi Eccleſiæ ab Anfredo comite acquiſiuit, & ea quæ Otho Imperator habebat ibi, acquitauit Epiſcopo, & annulo priuilegium ſigillauit.*

CAVT LXV.

BAMBERGENSE COLLEGIVM CAthedrale in Germania.

BAMBERGA olim Babeberga, *Bamberg* Germaniæ Vrbs Epiſcopalis à iuriſdictione Archiepiſcopali eſt exempta: cuius Vrbis Epiſcopus pallio archiepiſcopali in Sacris vtitur, vt in Italia Oſtienſis, Lucenſis & Ticinenſis, & in Gallia Dolenſis, ex priuilegio à Romanis Pontificibus conceſſo. Bambergẽſem Epiſcopatum cũ collegio Canonicorum inſtituit ac dotauit *Sanctus Henricus II.* Imperator, vt Ioannes Cygneus in ſuo Annalium Bambergenſium Prodromo typis Moguntiæ publicato, tradit.

Baſilica porrò cathedralis Bambergenſis anno 1011. dedicata eſt, præſente eodem Sancto Henrico Imperatore.

Capvt LXVI.

S. Bartholomaei Collegivm Leodienſe.

Anno 1016 ſub Baldrico ſecundo Epiſcopo Leodicenſi claruit Godeſcalcus Collegij Sancti Lamberti Præpoſitus, qui Diui Bartholomæi Collegium exſtruxit, & duodecim Canonicis prouidit. Ita Placetius in Catalogo Epiſcoporum Leodicenſium.

Sancti Bartholomæi templum iſtud dedicauit idem Baldricus Epiſcopus an. 1017. III. Kalendas Nouembris, præſente Heriberto Colonienſi Archiepiſcopo.

Numero duodecim Canonicorum poſtea alios octo Reginardus Epiſcopus Leodienſis adiecit, teſte Anſelmo lib. 2. cap. 31. de geſtis Pontificum Leodienſium. Obijt is anno 1037.

Capvt LXVII.

Veteris Capellae Collegivm in Bauaria.

Henricvs Sanctvs Imperator ſub Gebhardo Epiſcopo Ratisbonenſi Eccleſiam S. Mariæ Virginis ad veterem capellam, olim à Theodone, (ſicut & alia Otingæ ab Othone, eius fratre eſt excitata) Principe Bauariæ

Bauariæ, conſtructam, in collegium Canonicorum extulit, amplîauit, & plumbo texit, circa annum Domini 1023. teſte Auêtino. Altare vetus olim à S. Rudperto dedicatum mãſit hodieque monſtratur. Hæc Eccleſia ſubeſt Bambergenſi collegio Cathedrali & ſemper habere ſolet Præpoſitum ex Bambergenſibus Canonicis; ſed quoad iuriſdictionem Epiſcopalem, pertinet ad Ratisbonẽſem Eccleſiam; Hæc ex Conrado Maidenburgico ferè deſumpſimus.

CAPVT LXVIII.

S. VITI COLLEGIVM PROPE *Friſingam Bauariæ Vrbem.*

ENGILBERTVS Comes de Moſpurg, Epiſcopus Friſingenſis hanc conſtituit Eccleſiam, qui Præpoſitum cum ſex Canonicis (quos Hitto Epiſcopus Friſingenſis, ante annos ducentos in monte Tetmos, nunc Stephani conſecrati, vulgò *VVeichenſtephen*, collocauerat) tranſtulit ad Eccleſiam Sancti Viti in Vmbilico illius montis ſitam: & loco iſtorum inſtituit ibi ordinem Diui Benedicti, & monaſterium S. Stephani conſtruxit. Quod factum eſt circa annum Domini 1029.

Capvt LIX.

S. VVLGANII COLLEGIVM Lenſienſe in Arteſia.

S. VVLGANIVS natione Angl[9], claris & Orthodoxis natus parentibus, vir ſanctitate magnus, plurima patrauit miracula. Cùm Danorum gens barbara & crudeliſsima Angliam occuparet, & vrbem Cantuariã obſidione peremeret, multos ex eis conuertit. Deinde Angelica iuſsione marinos fluctus tranſmeans, in ipſo tranſitu procellam inſurgentem ſedauit, & poſt tranſitum annis ſeptẽ Morinorum plebem, quæ fidei fundamenta nondũ plenè hauſerat, informauit, & exẽplis ſanctiſsimis ſolidauit. Quantis aũt prodigijs poſtea Atrebati claruerit longũ foret enarrare. Obijt ibidẽ in cellula iuxta monaſteriũ S. Vedaſti, non multò poſt tempora S. Vedaſti. Addit hiſtoriæ auctor, eum à comitibus & loci presbytero, multaque populi frequentia, ſepultũ eſſe in Eccleſia villæ, quę dicitur *Bonorũ virorum terminus*. Arbitror autem hanc villã eſſe Atrebatum, aut Nobiliacum, alteram Atrebatenſium vrbem; quodque propter hoſpitalitatẽ in ſeruos Chriſti tale tunc cognomẽ habuerit. Poſtea translatus eſt Lenſiũ Arteſiæ oppidum. Quæ translatio recens non eſt, cùm in chronico Cameracenſi, quod ad Gerardũ II. circa annum 1040. conſcriptum eſt, ſequentia

quentia legantur: *Apud caſtrum Lenenſe habetur quoque monaſterium Canonicorum, vbi Sanctus quieſcit VVlgantus, qui Scotus traditur extitiſſe.* Diſtat autem Lenſium quatuor horarum itinere ab Atrebato, verſus Inſulas Flandriæ Vrbem. Sic ferè Molanus in natalibus Sanctorum Belgij.

CAPVT LXX.

S. BADILONIS COLLEGIVM LVthoſanum Vulgò Leuze, *in Hannonia.*

NOtanda ſunt hic verba Chronographi Cameracenſis, ad Gerardum primum Cameracenſem Epiſcopum, circa annũ Chriſti 1040. conſcriptum. *Eſt*, inquit, *Monaſterium Canonicorum in honorem Apoſtolorũ Petri & Pauli, in vico qui dicitur Luthoſa, quod conſtruxit Beatus Amandus: & eſt diues Abbatia; vbi vir Dei venerabilis Badilo requieſcit.* Ex quibus verbis conſtat ibi diu monaſticã aut canonicam viguiſſe diſciplinam, & B. Amandum prima ieciſſe Eccleſię fundamenta. Secundus autem loci fundator fuit Gerardus de Rouſſillon, Burgundiæ Comes, qui temporibus Caroli Martelli claruit. Is prole deſtitutus varia fundauit & dotauit Monaſteria, inter quæ eminent Vizeliacum & Luthoſa. Ceterùm cùm Saraceni Metropolim Aquenſem contaminaſſent, dictus *Gerardus* & *Heudo* Abbas monàchum ſuum Badilonem vitæ Sanctimonia conſpi-

cuum Aquas miſerunt, vt quæreret Sanctæ Magdalenæ reliquias, easque Vizeliacum adferret. Itaque Sacras ille reliquias inter rudera inuenit in Mauſoleo, cuius ſculptura vitam Sanctæ Magdalenæ artificiosè continebat; quinquennio tamen ibi manſit in reparandis ſacris locis aſsiduè laborans. Quo tempore euoluto, poſt orationum & ieiuniorum præſidium, Mauſoleum piè violauit, & corpus Sanctæ Magdalenę mirè fragrans Vizeliacum tranſtulit, eiuſque brachij partem Luthoſanis attulit. Natalem celebrāt Luthoſani die octauo Octobris, & corpus à duobus Canonicis in proceſsione defertur. Vizeliaci autem creditur eſſe Brachium Sancti Badilonis, quo multi à dæmone correpti confluunt & inde liberati redeunt. Ita Molanus libro citato.

CAPVT LXXI.

S. ALBANI COLLEGIVM CATHEDRALE Namurcenſe, in Belgio.

ALBERTVS II. Comes Namurcēſis, collegiū iſtud Canonicorum, reiectis monachis inſtituit, vt tradit Ioannes Placentius in Catalogo Epiſcoporum Leodiēſium, agens de VVaſone XXIII. Antiſtite.

Eſt autem illud fundatum anno milleſimo quadrageſimo ſeptimo à dicto Comite Alberto, vt in vetuſtis membranis me legere memini.

Collegi-

Collegium iſtud auxit ac dotauit Fridericus Imperator. Idem præcepit Canonicis Namurcenſibus, vt decreta Reformationis à Guidone olim Abbate Ciſterc ienſe tunc Cardinale & Legato Apoſtolico, Canonicis Leodienſibus præſcripta ſedulò obſeruarent. Extant ea decreta tomo ſecundo Rerum Leodienſium per Ioannem Chappea villium edito.

In eadem Vrbe Namurcenſi eſt aliud Canonicorum Collegium *Beatæ Mariæ* ſacrum, cuius templum volunt à S. Materno primo Tungrorum Epiſcopo conſecratum.

Fuit & Collegium Canonicorum *S. Petri* in arce Namurcenſi, quod nunc eſt vnitum cum collegio cathedrali S. Albani.

CAPVT LXXII.

S. ANDREAE COLLEGIVM FRIſingenſe in Bauaria.

S Andreæ AEdem *Ellenhardus*, Pontifex Friſingenſis, ope & conſenſu Henrici quarti Imperatoris dedicauit; cui Ellenhardo S.Benedicti Burenſe templum Cęſar tradidit. Quod tamen poſt mortem Ellenhardi rurſum immunitate donauit, circa annum milleſimum quinquageſimum: Auentino teſte in Annalibus.

S. IO-

S. IOANNIS BAPTISTAE Collegium Friſingenſe.

ISta collegiata Eccleſia dotata & fundata per *Albertum*, Epiſcopum Friſingenſem circa annum 1180. conſummata per Conradum tertium Epiſcopum, qui ibi conſtituit ſex Canonicos, vnà cum Præpoſito. Conradus iſte Epiſcopus, Canonum, obijt anno 7. ſuæ adminiſtrationis, Chriſti verò 1322.

ISMENSE COLLEGIVM IN Bauaria.

IOſephus Epiſcopus Friſingenſis, ope *Vtilonis* Ducis Collegium Myſtarum inſtituit, cui Flumen Yſeniſcus (in cuius ripa conditum eſt) nomen fecit, ſicut & vico Iſin circa annum 750. vel 760. teſte Auentino in annalibus.

Capvt LXXIII.

INSVLENSE S. PETRI COLLEGIVM in Flandria.

BAldvino *Barbato, Flandriæ Comiti anno* 1035. *defuncto ſucceſſit filius eius Balduinus Inſulanus, ſic dictus, eò quòd apud Inſulam, caſtellũ & Eccleſiam Sancti Petri à Fundamentis ædificauit, & in eadem Canonicos X L. conſtituit. Is autem beneficia ſua anno milleſimo quinquageſimo ſexto Eccleſiæ Sancti Petri Inſulenſis conferens, ex propria*

menſa

menſa ſua nihil conferre voluit, ne forſitan à poſteris, ſua repetere cupientibus, Eccleſia diſpendium aliquod pateretur; ſed omnia collata ab inquilinis ea pecunia comparauit, quam in vſus quoſcunque impendere potuiſſet, ſicq; comparata in manus Philippi Francorum Regis, Dominij ſui reſignauit. Quæ quidem omnia Inſulenſis Eccleſia ex manu dicti Regis accepit, vt tutiùs illis gauderet. Comes itaque rebus omnibus ritè conſtitutis, viros idoneos vndequaque euocauit, & in Eccleſia ſua Canonicos XL. conſtituit. Ita vetuſtum Chronicon Gandenſe manu ſcriptum.

Diploma tamen inſtitutionis anno demum 1066. eſt datum; quod eſt tale;

Ego Balduinus Flandrenſis Comes & Marchio, coniugis meæ Adelæ, & filij mei Balduini ſalubri acquieſcens conſilio, Baſilicam in honore B. Petri Apoſtolorum Principis, à fundamento conſtruens, congregationem Canonicorum in eadem, Dei clementiam pro anima mea & anteceſſorum meorum, vxoriſq; meæ, ac filiorum meorum, & omnium Dei fidelium, die noctuq; exorare inſtitui, eiſq; ad vſus neceſſarios de rebus poſſeſſionis meæ tradidi, quæ inferius continentur, libera videlicet omnimodò & ab omni dominatione ſeu poteſtate cuiuſque abſoluta, excepta eius quidem, quem Præpoſitus & Canonici, eiuſdem Eccleſiæ in loco à progenitoribus Isla nominato, fundatæ, communi egerint voluntate &c. Actum apud Islam in S. Petri Baſilica coram Philippi Francorum Regis præſentia, anno ſeptimo imperij

perij eius, anno ab incarnatione Domini 1066. indictione IIII.

Vide Meijerum in Annalibus Flandriæ.

Ceterum quattuor hodie Epiſcopi inter Canonicos Inſulenſes recenſeri poſſe videntur nimirum Tornacenſis, Iprenſis, Bolonienſis, & Brugenſis. Iprenſis enim & Bolonienſis Epiſcopi, portionem Canonicam olim Morinenſi debitam, inter ſe partiuntur; Brugenſi verò cedit ea, quæ olim Præpoſito Sancti Donatiani Brugenſis debebatur.

Habuerunt autem Inſulenſes Canonici multò tempore Guardianum ſeu Protectorem Regem Francorum: ſed Maximilianus I. Auguſtus, Belgarum Princeps, lite effecit, vt deinceps id officij Comes Flādriæ ſibi reſeruet: vt Ioannes Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij, I. Febr. commemorat; vbi de S. Euberto Epiſcopo, Inſulis ad D. Petri quieſcente, agit. Additque *numerum Canonicorum Inſulenſium, in communi viuentium primitus fuiſſe incertum, iuxta qualitatē bonorum; ſed poſtea auctoritate Apoſtolica determinatum fuiſſe numerum quadragenarium.* Chronographus tamen Gandenſis & Meijerus volunt ab initio XL. Canonicos eſſe delectos.

Hodie quadraginta ſunt Præbendæ, vt vocant, præter Præpoſituram eximiè dotatam.

Capvt

CAPVT LXXIV.

MACHLINIENSE CANONICORVM Sancti Rumoldi Collegium Metropolitanum in Belgio.

DE Canonicorum apud Brabantos collegijs dicturi, Machlinienſi, vt Metropolitano, iure primas dabimus: quæ quidem prouincia etſi propriè non ſit ditionis Brabãtinæ, viſceribus tamen illius includitur.

Ioannes Molanus, doctor Theologus Louanienſis, & Belgicæ antiquitatis Eccleſiæ peritiſsimus, primum collegij huius Machliniani auctorem fuiſſe ſcribit *Beatum Rumoldum* Epiſcopum Dublinenſem patria Hibernum; Scotorum Regis filium, qui in tractu iſto Euangelicam doctrinam prædicans, ab impijs anno Chriſti IↃCC. LXXV. cæſus Martyr occubuit. Ipſum Molanum loquentem audiamus: *Beati Rumoldi opus eſt Monaſterium apud Malinas. Qui locus quantumuis à Nordmannis eſſet vaſtatus, tam celebris antiquitas fuit, vt connumeretur in portione Caroli, quam de regno Lotharij in diuiſione cum fratre ſuo Ludouico factâ accepit.* *In Nat. Belgij 1. Iulij. De geſtis Francorū lib. 5.*

Fuit autem ab initio fundationis non monachorum ſed Canonicorum monaſterium. Quomodo in Chronicis Cameracenſibus ante annos ferè ſexcentos conſcriptis nominatur. Qua autem phraſi Canonico-

nonicorum collegia dici ſoleant monaſteria in primo libro de Canonicis à nobis eſt explicatum.

Situm erat in pratis intra vlmos, ſed paulatim Mechlinia ex parua vrbe trans Dilrana adeò excreuit, vt nunc Collegium Sancti Rumoldi in meditullio vrbis ſitum ſit, & à Paulo quarto P. M. erectum eſt in primam archicathedralem Belgij Eccleſiam.

In cœmeterio huius Eccleſiæ ſitum erat oratoriū ſiue Sacellum à D. Rumoldo conſtructum, in quo is frequenter meditari ſolebat. Quod cùm in ſumma apud plebem Mechlinienſem veneratione eſſet, fidei hoſtes, qui ſibi Geuſiorum nomen ſumpſerunt, funditus cum multis alijs ſacris locis euerterunt.

Poſt inſtaurauit Matthias Honius, Archiepiſcopus III. eius Vrbis.

Ab iiſdem, dum ex improuiſo vrbem occuparunt, inuentum eſt in medio Eccleſiæ corpus, ſancti Rumoldi, & fœdiſſimè conculcatum & diſperſum, Dei tamen benignitate caput ex cranij cicatrice notum, ope Virginis eſt conſeruatum.

Perijt etiam feretrum eius. ſiquidem cùm multis miraculis, & victoria contra hoſtes clareret; Fullones & textores, eorumq́; conſortes, anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono, ob victoriam recenter per eius merita obtentam, ex voto ei conſtruxerunt feretrum, æſtimatum in regiſtro ciuitatis, in argento & factura, ad ſexaginta ſex millia Florenorum, præter gemmas & alia, quæ poſtea acceſſerunt. Nouiſſimè celebre donarium adiecit Margarita, Maximiliani I. Imperatoris filia, Belgij gubernatrix vt feretri valor fuerit vltra vas auri, cum ab hoſtibus Religionis profanabatur.

Porrò

Porrò Machlinienſis Ciuitas retinet apud Gallos antiquum Malinæ nomen. Quæ vox Latinis in vſu fuit, quando Lira vicinum Brabantiæ oppidum Ledo dicebatur. Ledo enim & Malina legũtur pro maris receſſu & acceſſu in appendice ad Tomum tertiũ Diui Auguſtini, in libro primo de mirabilibus Sacræ Scripturæ. Vnde à maris fluxu hæc nomina indita eſſe, nõ indoctè annotauit Theodoricus Abbas Trudonẽſis B. Bernardi ætate, cùm Sancti Rumoldi vitam meliori ſtilo conſcriberet. Hactenus Molanus.

De iſto Collegio ſic breuiter Chronographus Cameracenſis, qui ad Gerardum II. Cameracenſem Epiſcopum Chronicon ſuum ſcripſit & anno Chriſti milleſimo floruit: *Apud Machlinas* (ſic enim ſcribit) *eſt monaſteriũ Canonicorum, vbi quieſcit pretioſus Dei Martyr Rumoldus, genere Scotus, qui vitam Eremiticam ducens inibi Martyriſatus eſt. Hoc autem Monaſteriũ ab antiquitate conſtructum regalibus emolumentis maximè augmentatum.*

Archiepiſcopatum porrò Machlinienſem anno 1559. Paulus III. Papa inſtituit, Philippo II. Rege Catholico petente.

Ceterùm in Sancti Rumoldi Baſilica Machlinienſi præbendas, vt vocant, ſeu portiones Canonicos duodecim inſtituit Notgerus Leodienſis Epiſcopus. Fuit enim Machlinia olim, iuris ac ditionis Leodienſis.

SANCTI PETRI COLLEGIVM Louanienſe in Brabantia.

TEmplum Diui Petri in vrbe media Louanienſi condidit *Lambertus primus* Comes Louanienſis. Idem & Canonicos inſtituit: etſi alij ad filium eius *Lambertum Baldericum* referunt, qui etiam Bruxellæ in B. Gudilæ collocauit. Certè iſte decimas agri Louanienſis ijs legitur adſignaſſe. Initio ſeptẽ fuerunt, ijque fratres primò appellati; mox Domini, ad diſcrimẽ minorũ, qui acceſſerũt. Nã vt erat maiorũ pietas, quidam ẽt è priuatis opes ſuas huc contulerunt, & augendo collegio Canonicatus inſtituerunt. inter quos vnũ *Simon Grindelius,* è Patricijs anno CLXIV. & poſt 24. annos alium, *Godefridus* Prætor Vrbis. Alios deinde (nam ad octodecim peruenerunt) aut duces ipſi noſtri, aut item ciues. Godefridus quidem primus Dux legitur duos inſtituiſſe, anno CXL. Sed diſcrimen tamen erat, vt tetigi: quod illi primi ſeptem opibus præeminebant, & decimas ſoli poſſidebant; donec anno CCC. XI. ſponte illorum, minores in diuiſionem admiſſi, & ſic æquales omnes facti. Spontè, inquam: & ô miram raramque benignitatem! nam iure laudanda eſt: & hoc æuum, vereor, exempla non donet. Sed hi Canonici: quibus Præpoſitus etiam, præter decanum, velut caput præ-

eſt,

eſt, magna dignitas, & olim non niſi in Principum aut procerum filios collata. Notantur rectè ex ducum noſtrorum liberis, item è Lucemburgenſium, alijſque. adhæret dignitati honos, quòd is à nouo Principe, quoties auſpicia imperij ſuſcipit, iuramentum ſolenniter exigat, capiatque: in quo & Aduocatos ſe Canonicorum Diui Petri fore profitentur. Equũ deinde Principis, cui inſidit, donatiuũ habet: quem tamen olim Cantor vindicabat, & lis inter eos fuit. Eſt nunc in hac dignitate, vir ea & alia dignisſimus, Diuus Georgius Auſtrius: qui ipſo nomine inclytum genus prodit, & virtutes pro genere habet. Amorem certè & cultum ſtudiorum quę laudatiſſimi illius maximiliani Primi nepotem decent.

SANCTI IACOBI COLLEGIVM Louanienſe.

SANCTI Iacobi templum habet collegiũ Canonicorum, ſed ex translatione. Primitus enim Dicuriæ in Gallo-Brabantia fuit: agente autem apud Aricolaum Quintiũ Pontificem Duce noſtro *Philippo Bono*, anno CCCCLVI. huc eſt translatum. Mouit eũ, opinor, ſolitudo aut inopia opidi, ſic etiam attollendi: mouit & Academiæ adſpectus, quam Canonici decorè colerent, & ipſi ab ea excolerentur.

Ita Lipſius in deſcriptione Louanij.

Caput LXXV.

SANCTAE GVDILAE COLLEGIVM *Bruxellenſe in Brabantia & diœceſi Machlinienſi.*

S. Gvdila VVitgeri Comitis & Amelbergæ filia, Virgo nobiliſsima, Niuellis à S. Gertrude optimis moribus fuit inſtituta, quæ & de ſacro ipſam fonte ſuſceperat. Temporibus Caroli Magni ex vico Ham ſacrum eius corpus translatum eſt Morſellam, indeque poſtea Bruxellam à Carolo Lotharingiæ Duce, collocatumq; in Baſilica Sancti Michaelis, quæ hodie S. Gudilæ dicitur, ab eodem Carolo Duce in monte excitata.

Collegium porrò Canonicorum Sanctæ Gudilæ inſtituit *Lambertus Baldericus*, Comes Louanienſis, Lamberti primi filius.

Capvt LXXVI.

BVCHOVIENSE COLLEGIVM *Virginum nobilium Canoniſſarum, in Sueuia.*

Bvchavgia vel Buchouia Canoniſſarum ſeu monialium nobilium, antiquo ſtemmate, maiorumque imaginibus conſpicuarum; ab omni tamen profeſsione, ac voto immunium, collegium in Sueuia ad eiuſdem nominis amœniſsimum lacum, quem vulgò

liberum

liberum lacum, vel *plumarum lacum* vocant, non procul à Biberaco vrbe imperiali in Sueuis ſitum (ad quod aſſumi ſolent tantùm Comitiſſæ & Baroniſſæ, quæ ibi ſub Abbatiſſa pudicè & probè educari, ad pietatem & virtutem informari ſolent) id inquam ampliſsimum ac pulcherrimum collegium fundatum legitur in honorem Sanctorum Cornelij & Cypriani, ab *Adelinde* Hildebrandi potentiſsimi Sueuorum Ducis filia, Hildegardis Reginæ & Campidonenſis Fundatricis ſorore, Comitis verò Othonis à Keſſelbug in Blāchinā valle, circa Biberacum habitantis relicta vidua, quæ ibi ſepulta eſt.

CAPVT LXXVII.

VILECENSE COLLEGIVM CANOniſſarum, & Canonicorum in d. Colonienſi, & territorio Iuliacenſi.

SALEIDIS Virgo & Abbatiſſa Vilecenſis patrem habuit *Megengorem* ſiue *Mengoſum* Geldriæ Comitem, matrem verò *Gerbirgam* non minùs generis nobilitate & virtutum ſtudio inſignem. Quibus vnica fuit maſcula proles & quatuor filiæ; quarum duæ iunctæ ſunt viris præpotentibus; reliquæ verò duę apud Coloniam Agrippinam Chriſti ſeruitio ſunt mancipatæ; vna in monaſterio Beatiſsimæ matris Dei; altera, de qua nobis eſt ſermo, in cœnobio ſanctarum Virginum, ſub

regulari inſtitutione S. Hieronymi. Parentes autem cùm in Vileka monaſterij puellarum ſtructuram conſummaſſent, quã Othoni III. tradiderũt, vt perpetuò regia tutela defenderetur, ad eius regimen *Adelheidem* filiam ſuam Colonia euocarunt, quæ initio liberiorẽ regularem inſtitutionem ſeruauit; poſtea autem mortua matre, regulam S. Benedicti amplexa eſt, & iuxta illam ſe ſui conuentus matrem reipſa declarauit, primùm quęrens regnum Dei, deinde ad exteriora ſe conferens. Ex ipſis etiam monaſterij poſſeſsionibus cortẽm vnam Domino pro pauperibus delegauit; atque in acerba totius penè orbis fame homines egentes vndique ad eam tamquam ad matrem cõfluebant. Interim ſoror eius *Berthrada*, monaſterio Coloniæ præfecta, in Domino obdormit, voluitque Beatus Heribertus Archiepiſcopus *Adelheidem* defunctæ ſorori in regimine ſuccedere: vbi innotuit quid priùs illa operata eſſet in obſcuro Iuliacẽſium tugurio Archiepiſcopo teſtante eam cunctis ſui ordinis ſapientia, religione, & ſanctitate eſſe incõparabilẽ. Etſi autẽ Coloniẽſi monaſterio poſtea præfuerit, attamẽ vtriq; & Coloniẽſi & Vilecenſi inuigilabat ſtrenuè. Nec defuit illi miraculorum gloria in morbis curandis. Poſt obitum verò ſcribit Berthradã nullo non genere miraculorum, dempta mortuorum excitatione, eam ornatam fuiſſe à præpotẽte Deo.

Appro-

Appropinquante autem obitus die, in feſto S. Blaſij, gutturis dolore correpta eſt: itaq; corporis & ſanguinis dominici ſacramento munita, paradiſi gaudia, ad quæ viuens ſuſpirarat, feliciſsimè petijt. Vilecenſes autem Archiepiſcopum rogarunt licentiam corpus ſanctum aſportandi, eumque tandem precibus vicerunt. Poſtquam autem ſacrum corpus in naui repoſitum fuit, necdum diſpoſitis remis cōtra fluminis impetum nauis velociter ſurſū tendebat, vt etiam à Coloniēſibus diuina voluntas agnoſceretur.

CAPVT LXXVIII.

COLLEGIA VARIA DIOECESIS *Leodienſis.*

HERMANNVS frater Comitis Loſſenſis in caſtro ſiue opido Loſſenſi collegiū ſeptē Canonicorum inſtituit circa an. 1070.

Adalardus Abbas Trudonenſis collegiū Canonicorum B. Mariæ Trudonenſe excitauit circa an. Chriſti 1080.

Viſitenſe Canonicorum Collegium olim in pago *Celle*, non procul à Dionanto ſedem habuit: qui oppreſsionem, quam à Domino *Cellenſi* tunc patiebantur, inde Viſetum (quod eſt opidum Moſæ adſitum, ſecundo lapide à Leodio) anno 1337. cum corpore Sancti Hadelini patroni ſui, migrarunt; Adulpho Marcano Leodienſi Epiſcopo approbante.

Capvt LXXIX.

Sancti Gorgonii Collegivm Hugardienſe in d. Leodienſi.

SOdvinvs Martyr, ad Sacerdotij honorem prouectus, ſingulariter inuigilabat ieiunio, orationi, Pſalmodiæ, & eleemoſynis. Vnde cum iret in villam *Melceles* (aut *Meldaert*, vt putatur) celebraturus diuina, obuios habuit duos ſcurras, qui fraude machinabantur extorquere pecuniam, quam pupillis, viduis, & indigentibus diſtribuere eum cognouerant. Sed alter, qui ſe mortuum ſimulabat, iuſto Dei iudicio mortem obijt; à qua tamen pijſsimus Oduinus eum reſuſcitauit. Poſtmodum exorta eſt quæſtio inter agricolam quendam & filiolum ſpiritualem S. Oduini de meta inter confinia agrorum, pro qua ſecundùm ius & æquitatem decidenda, communi conſenſu is nominatus eſt arbiter. Beatus autem vir ſententiam decidit contra ſuum filiolum: Vnde is ira percitus, foſſorium à manu patrini ſuſcepit, & in verticem eius virulenter direxit, ſciditque ei caput medium, Sanguinis autem effuſio fontis venas mox aperuit, de cuius lotione multos fuiſſe reſtitutos ſanitati, conſtat. Natalem habet in die natali præcurſoris Domini.

Eſt autem Hugardia celebre municipium diœceſis & territorij Leodienſis, Brabantiæ

conti-

contiguum: quod cum Baldricus Epiſcopus foſsis munire vellet, reſtitit cum exercitu Lãbertus Barbatus, Comes Louanienſis; & ex parte Epiſcopi trecenti ceciderunt. Ad quorum refrigerium idem Epiſcopus Leodij cõſtruxit monaſterium Sancti Iacobi in Inſula.

CAPVT LXXX.

SANCTI ELMERI COLLEGIVM *Molhauienſe, in d. Leodienſi.*

COllegium hoc ſitum eſt in diœceſi Leodienſi, non procul à Mariæ Burgo Hannoniæ opido, duobus milliaribus à Giueto opido ad Moſam ſito. Fuit autem *S. Elmerus Epiſcopus* & confeſſor, ac Molhauienſiũ Patronus, de quo vide Molanum in Natalib. Sanctorum Belgij 27. Auguſti.

SANCTI MONONIS COLLEGIVM *Naſſouienſe in d. Leodienſi.*

SANCTVS Mono Martyr, angelico monitu, ex Scotia in Arduennam venit, vbi ſolus ſoli Deo multo tempore ſeruiuit, & feliciter occubuit, à ſicarijs latronibus confoſſus; vbi etiam eſt ſepultus in Eccleſia quam ipſe conſtruxerat. Eſt autem *Naſſoin* pagus illuſtris ſanguine & reliquijs glorioſi Martyris, ſub ditione Abbatis monaſterij Sancti Huberti, quod eſt in Arduenna; à quo duobus milliaribus diſtat intra diœceſim Leodienſem.

Nominatur diſcipulus ſanctorum Remacli & & Ioannis Agni, Epiſcoporum Traiectenſiū ad Moſā. Ad eos enim de Scotia venerat, quæ regio multos Sanctos, velut ſtellas Lucifluas, ad diuerſas mundi partes tranſmiſit. Ceterum beato viro ob titulum Chriſtianitatis macta-to, Pipinus Rex regaliter decimas obtulit, quas habebat inter *Letiam* & *Vrçam*. ſanctus verò *Ioannes Agnus* clericorum, quos nunc Canonicos dicimus, miniſterium ibidem inſtituit. Vide Molanum libro citato.

Capvt LXXXI.

Sancti Petri Casletensis Collegium in Flandria.

CVm Robertus Friſo, Flandriæ Comes aduerſus Richildem eiuſque filium Armulfum, & contra Galliæ Regem, *victoriam iuxta Casletū in die cathedra S. Petri obtinuiſſet in memoriam triumphi, Casleti in Caſtello ſuo Eccleſiam Canonicorum fundauit in honore Beati Petri Apoſtoli, anno Domini milleſimo ſeptuageſimo primo, in qua ſepultus iacet, in crypta, anno milleſimo nonageſimo tertio defunctus.* Ita Ioannes Iperius Abbas Bertinenſis in ſui monaſterij Chronico manuſcripto.

Huius monaſterij Præpoſitus fuit Langicrutius, qui de Canonicis ſcripſit.

In oppido Casletenſi eſt & alterum Canonico-

nonicorum collegium, præter iſtud Diui Petri.

SANCTI GAVGERICI COLLEGIVM *Aloſtanum, in Flandria & diœceſi Machlinienſi.*

ALOSTVM, inſigne eſt Flandriæ, vt vocant, Imperialis, opidum, vetuſto Comitatus titulo nobile, cuius occaſione Flandriæ Comites, ſacri Imperij Principes appellabantur, erantque in numero quatuor Imperij Comitum militarium, & Eccleſiæ Cameracenſis perpetui protectores. In hoc opido Collegium eſt Canonicorum diui *Gaugerici* Cameracenſis Epiſcopi, ex Haltro, pago vicino, huc olim transductum.

SANCTI SIDRONII COLLEGIVM *Meſſenenſe in Flandria, & diœceſi Iprenſi.*

SANCTI Sidronij corpus, qui ſub Aureliano Principe Martyrio eſt coronatus, Roma allatum eſt Meſſenas ab *Adela*, filia Roberti Galliæ Regis, & Coniuge Balduini Pij, Comitis Flandriæ. Quo loco anno milleſimo ſexageſimo quinto inſtituit Canonicorum collegium, & Benedictinarum virginum monaſterium, vbi etiam ſacrum velamen, marito orbata, accepit.

CAPVT

Caput LXXXII.

Divi Petri Torholtanum ſeu Torhautanum Collegium in Flandria, in d. Brugenſi.

Torholtum ſiue Torhoutum antiquiſſimum eſt Flandriæ opidum, ſeu municipium Emporij olim fama celeberrimum, quarto lapide à Brugis Flandorum ſitum. Fuit hoc in opido inſigne atque opulentum olim Benedictinorum monaſterium; ex quo Dominium ſeu Domlinum religioſiſſimum Presbyterum circa annum 630. Gandauum ad Sãctum Bauonem paullò ante obitum veniſſe lego. Huius monaſterij prouentus *Ludouicus Pius* Imp. S. Anchario Bremenſi & Hamburgenſi Epiſcopo attribuit, vt ijs ſeſe cleriſque ſuos in Aquilonarium populorum cōuerſione laborantes aleret. Ad quod monaſterium, perſecutione ſæuiente, nonnunquam commeans, eo in loco S. Rembertum, adhuc puerum inuenit, quem ob optimam indolem in dicto monaſterio inſtituendum curauit; inſtitutum vitę reliquæ indiuiduum comitẽ habuit, atque in Epiſcopatu Bremenſi ſucceſſorem.

Hodie Torholti nullum ſupereſt monaſterij veſtigium; vtpote quod à Normannis iam olim conſtat excisum. Eſt autem Torholti nunc inſigne Canonicorum, in D. Petri Baſilica

Baſilica,collegium à Roberto Friſio Flandriæ Comite anno 1073. inſtitutum. vt Meijerus & Marchantius teſtantur.

CAPVT LXXXIII.

BVRGENSE COLLEGIVM METROPOLITAnum in Hiſpania.

BVRGI vulgò *Burgos* vrbs eſt Archiepiſcopalis Hiſpaniæ, caput regni Caſtellæ veteris. huius Epiſcopatus ac collegij iſta fuerunt initia ac proceſſus. Auſcenſis ſedes Epiſcopalis anno 1074. ad opidum *Gamonal* trãslata eſt. Anno 1075. Alphonſus VI. Hiſpaniarum Rex,Ferdinãdi magni filius, vrbe Burgenſi iam ædificata, ad eius ampliationẽ Auſcenſem Eccleſiam inde Burgos transtulit, Vrbano II. Pontifice confirmante,qui eam ipſam ab omni iure Metropolitano exemit,cũ antea Tarraconenſi Archiepiſcopo ſubdita, fuiſſet, & Romanæ ſedi immediatè ſubiecit. Philippo II.Rege demum flagitante, Archiepiſcopali hæc ſedes dignitate aucta eſt à Gregorio XIII. attributis illi Suffraganeis duobus, Pompelonenſi & Calagurritano. Sic G. Loaiſa in notis ad concilium Lucenſe. Sed ex actis illius Eccleſiæ ad vrbem miſsis accepimus Burgenſi Archiepiſcopo tres eſſe ſuffragandos,Pompelonenſem Calagurritanum,& Palentinum. In Diœceſi porrò Burgenſi ſunt tredecim Eccleſiæ collegiatæ Canonicorum, in Me-

in Metropolitana autem ſunt XLIV. canonicatus, præter Decanatum. de Burgenſis vrbis fundatore vide Marianam libro octauo capite ſecundo Rerum Hiſpaniæ.

CATHEDRALE COLLEGIVM *Calagurritanum in diœceſi Burgenſi.*

Calagvrris ſiue Calaguris, hodie *Galahoria*, in ripa Ebri Fluminis (teſte Ambroſio Morali) ſita M. Fabio Quintiliano, & Prudentio ciuibus gloriatur: habetque duas ſedes Cathedrales, nimirum *Calagurrim*, & *Sanctum Dominicum de la Calcada*, & duas Baſilicas collegiatas. *Locronium* & *Victoriam*. Calagurritanus Epiſcopus olim Tarraconenſi poſtea Cæſar auguſtano hodie Burgeſi eſt ſuffraganeus decreto Gregorij XIII.

Capvt LXXXIV.

SANCTAE MARIAE COLLEGIVM *Huÿenſe, ad Moſam Fluuium, in diœceſi Leodienſi.*

Vvazone Epiſcopo Leodienſi defuncto, Theoduinus in Epiſcopatu eſt ſuccenturiatus, teſte Sigeberto Gemblacenſi in Chronico. Huic Stephanus IX. Papa, Gothelonis Lotharingiæ Ducis filius, & olim Baſilicæ S. Lamberti Leodij Canonicus, *ſuperhumerale* Gemmis & vnionibus ornatum in humeris deferendum transmiſit; vt Ioannes Pla-

Placentius, & alij rerum Leodiẽſium ſcriptores commemorant. Illud ipſum ſuperhumerale vidi Leodici anno cIↃ. IↃcVI. quod inter ſacras reliquias; & cimelia baſilicæ Sancti Lamberti magna cura adſeruant. Eſt inſtar balthei militaris, quo humeri tegi ſolẽt compoſitum: & conſueuerunt, vt audio, Epiſcopi Leodienſes in ſolennibus ſupplicationibus ſi non illud ipſum ſuperhumerale (ne videlicet frequenti vſu atteratur) ſaltem aliud ſimile atque ad eius formam adaptatum in humeris geſtare. Atque hinc natum exiſtimo vt Sancti Lamberti effigies cum iſtiuſmodi ſuperhumerali vulgò pingatur. Eius formam typis expreſſam videre qui volet, Imagines Sanctorum Belgij noſtra cura anno milleſimo ſexcenteſimo octauo à Ioanne Baptiſta Vrintio Antuerpiæ euulgatas, atque in ijs Sancti Lamberti iconem inſpiciat.

Ceterùm diſputant eruditi num iſtud ſuperhumerale idem ſit quod Pallium. Pallium, inquam, quod inſigne eſt Archiepiſcopalis dignitatis, vt Paſchalis II. appellat. Quo quidem Pontifex Maximus, Patriarchæ, Primates, & Metropolitani ſiue Archiepiſcopi tantummodò vti poſſunt, & pauci quidam, ex priuilegio ſiue indulto apoſtolico, Epiſcopi, vt in Germania Bambergenſis, in Italia Oſtienſis & Lucenſis; vt libro de

vocibus Eccleſiaſticis Omphrius Panuinius, adnotauit. Quo quidem loco idē Omphrius pallium ſic deſcribit: *Pallium eſt faſcia ex candida lana contexta, habens deſuper circulum humeros conſtringentem, & duas lineas ab vtraque parte dependētes, quatuor purpureas cruces, antè, retrò à dextris, & à ſiniſtris, duplex quidem à ſiniſtris, ſimplex à dextris, cui in tres partes conciſo, tres acus inſiguntur, quibus conſuitur.*

Eius formam non ſemel libro citato curauimus exprimendam, vt in imagine Sancti VVillibrordi.

Scio autem pallium à quibuſdam & ſuperhumerale, ſed lata ſignificatione, nūcupari. At ſi Omphrij definitionem ſequimur, meo quidem iudicio, iſtud ſuperhumerale, ad Theoduinum à Stephano IX. miſſum, aliud à pallio ornamentum eſt cenſendum.

Porrò inter varia ornamenta apud Iudæos in veteri teſtamento Pontificis Propria, fuit Ephod ſeu epomis, & ſuperhumerale, quod à Ioſepho etiam diplois & ſtola Hieratica dicitur.

Eius itaque generis ornamentum & ius Eccleſia Chriſtiana cur vſurpare non liceat?

Vt vt ſit, illud conſtat, & pallium Archiepiſcopale, Richario, Leodienſi Epiſcopo à oanne Ponti fice maximo donatum fuiſſe: vt ex Fulcuini Abbatis Lanbienſis manuſcripto Chronico liquet.

Redeo

Redeo ad Theoduinum. Is Huy in baſilica Beatæ Mariæ numerum Canonicorum auxit, & quindecim præbenda (ſic Latiniùs quã præbendas dicimus) adiecit ac dotauit. Anno demum cIↄ. LXXV. moriens, in odeio ibidem marmoreo tumulo eſt conditus.

CAPVT LXXXV.

BELLIIOCI COLLEGIVM CANONICORVM in d. Matiſcouenſi in Gallia.

ANno milleſimo ſeptuageſimo ſexto Landricus Epiſcopus Matiſcouenſis vnà cum Hebuino Lugdunenſi Archiepiſcopo & Hugone Dienſi Epiſcopo conſecrarunt Eccleſiam collegiatam Bellijocenſem Beatæ Virgini Deiparæ ſacram, rogantibus Berardo & Humberto eius filio, Principibus Bellijocenſibus ac fundatoribus: vt tradit Iacobus Seuertius in Chronologia Epiſcoporũ Matiſcouenſium.

CAPVT LXXXVI.

COLLEGIA CANONICORVM cathedralia Galliæ.

IN Gallia tẽpla Archiepiſcopalia ſunt iſta, nimirum.

SS. Stephani & Ioannis, Lugdunenſe.

S. Mariæ Rothomagenſe.

SS. Mauritij & Gratiani, Turonenſe per Sanctum Martinum.

S. Stephani Senonenſe.
S. Mariæ, Remenſe.
S. Stephani, Bituricenſe.
S. Andreæ, Burdigalenſe.
S. Mariæ, Auſtienſe.
S. Iuſti, Narbonenſe.
S. Stephani, Tholoſanum.
S. Saluatoris, Aquenſe ſiue Aquarum ſextiarum.
S. Mauritij, Viennenſe.
S. Trophimi, Arelatenſe.
S. Mariæ, Auenconenſe.

Templa verò cathedralia & Canonicorũ collegia Epiſcopalia in Gallia ſunt iſta:

S. Vincentij Martyris Cæſar-Auguſtani, Matiſconenſe.
S. Vincentij eiuſdem, Cabilonenſe.
SS. Ioannis Euangeliſtæ & Mamerti, Lingonenſe.
S. Lazari, Auguſtodunenſe.
S. Mariæ, Baiocenſe.
S. Mariæ, Ebrodunenſe.
S. Mariæ, Lexouienſe.
S. Mariæ, Conſtantienſe.
S. Andreæ, Abrincantenſe.
SS. Geruaſij & Protaſij, Sagienſe.
S. Iuliani, Cenomanenſe.
S. Mauritij, Andegauenſe.
S. Stephani, Ebroicenſe.
S. Vincentij, Maclouienſe.

S. Sam-

S. Samſonis, Dolenſe.
S. Petri, Rhedouenſe.
S. Petri, Nonnetenſe per Alanum Barbitortum Ducem Britanniæ.
S. Petri, Venetenſe.
S. Corentini, Coriſopitenſe.
S. Pauli, Leonenſe.
S. Tubali, Trecorenſe.
S. Mariæ, Pariſienſe.
S. Mariæ, Carnotenſe.
S. Crucis, Aurelianenſe.
S. Cyri, Niuermenſe.
S. Stephani, Autiſsiodorenſe.
S. Stephani, Meldenſe.
S. Petri, Trecenſe.
S. Stephani, Metenſe.
S. Stephani, Tullenſe.
S. Mariæ, Verdunenſe.
S. Mariæ, Laudionenſe.
S. Mariæ, Ambiamenſe.
S. Mariæ, Nouiomenſe.
S. Mariæ, Bolonienſe.
SS. Geruaſij & Protaſij, Sueſsionenſe.
S. Stephani, Catalaunenſe.
S. Petri, Bellouacenſe.
S. Stephani, Claromontenſe.
S. Stephani, Ruthemenſe.
S. Stephani, Vobrincenſe.
S. Stephani, Aicienſe.
S. Stephani, Lemouicenſe.

S. Stephani, Cadurcenſe.
S. Priuati, Mimatenſe.
S. Ceciliæ, Albienſe.
S. Benedicti, Caſtienſe.
S. Martini, Tutelenſe.
S. Flori templum, eidem.
S. Petri, Pictauienſe.
S. Petri, Santouenſe.
S. Petri, Engoliſmenſe.
S. Petri, Condomenſe.
S. Stephani, Petracoricenſe.
S. Stephani, Agincenſe.
S. Regimeri, Malleacenſe.
S. Mariæ, Lucionenſe.
S. Sacerdotis, Sarlatenſe.
S. Mariæ, Aquenſe, ſiue Aquarum Auguſtarum, ad Aturrum Fluuium.
SS. Geruaſij & Protaſij Lectorenſe.
S. Bertrandi, Contenenſe.
S. Mariæ, Tarbuenſe Bigerronum.
SS. Mariæ & Leodegarij, Conſuarenſe.
S. Mariæ, Elorionenſe.
S. Ioannis Baptiſtæ, Vaſatenſe.
D. Ioannis Baptiſtæ, Adurenſe.
S. Mariæ, Lacarienſe.
S. Nazarij, Biterenſe.
S. Nazarij, Carcaſſonenſe.
S. Andreæ, Agathenſe.
S. Fulcrani, Lodeuenſe.
S. Pontij, Tomerienſe.
S. Mariæ, Nemauſenſe.

SS. The-

SS. Theoderiti, Vceticenſe.
S. Petri, montis-Peſſulanum. Magalonenſe.
S. Marcæ, Apamienſe.
S. Mauritij, Mirapicenſe.
S. Martini, Montis-Albanum.
S. Alani, Vaurenſe.
S. Mariæ, Riuenſe.
S. Mariæ, & S. Papuli Lombarienſe.
S. Annæ, Apta-Iulienſe.
S. Maximi, Reienſe,
S. Mariæ maioris dictæ, Foro-Iulienſe.
S. Mariæ maioris, Vapincenſe.
S. Mariæ maioris, Siſtaricenſe.
S. Mariæ maioris, Maſsilienſe.
S. Pauli, Tricaſtinenſe.
S. Suffredi, Carpentoractenſe.
S. Mariæ, Vaſionenſe.
S. Verani, Cauallicenſe.
S. Stephani, Tolonenſe.
S. Apollinaris, Valentinenſe.
S. Mariæ, Dienſe.
S. Vincentij, Viuarienſe.
SS. Mariæ, & Domini, Dinienſe.
S. Mariæ, Graſſenſe.
S. Iuſti, Glandeuenſe.
S. Auguſtini, Sannicienſe.
S. Ioannis Baptiſtæ, Bellicenſe.

Quo in numero Sanctorum Sanctarumq; Virginis Mariæ nomen, & S. Stephani Protomartyris maioribus noſtris acceptiſsimum

 fuiſſe

fuiſſe videmus. Nam illis maximam partem templorum cathedralium dicatam videmus; B. Virginis enim nomen tricies quater repeti videmus; Sancti Stephani quindecies; S. Petri decies; S. Pauli, bis; S. Ioannis Baptiſtæ, S. Andreæ, S. Mauritij. S S. Geruaſij & Protaſij ter; S. Vincentij quater; S. Nazarij bis; S. Martini bis; Sancti Iuſti bis; ceterorum Sanctorum Sanctarumque ſemel tantum.

Capvt LXXXVII.

S. Gengvlphi Collegivm *Florinenſe, in d. Leodienſi.*

Sanctvs Gengulphus martyr, fuit natione Burgundus, inſtituto laicus, & Regi Pipino militari officio coniunctus. De vita & miraculis, propter crebras barbarorum incurſiones pauca fideli relatione comperta habentur. Quorum vnum eſt, quod regio miniſterio perfunctus, fontem emerit in Cãpania quem diuinitus Varennas tranſtulit, vbi ſaluberrimè exundat, & per eius ſuffragia multis adfert ſanitatem. vita functus ab amitis ſuis *VVildetrude* & *VVildegoſa* Varennæ eſt ſepultus in baſilica quam ipſe conſtruxerat, & dotauerat in honorẽ S. Petri. Hiſtoriam vitæ in carmina redegit *Roſuida*, Abbatiſſa Gandersheimenſis. Huc autem iſta adferenda putauimus, quod reliquiæ huius Martyris multis miraculis claruerint in parochiali & collegiali Eccle-

Eccleſia S. Gengulphi, opidi Flotinenſis. Vnde dictæ Eccleſiæ fundationem, & patroni miracula, peculiari libro Gonzo, quartus Abbas monaſterij S. Ioannis Baptiſtæ Florinenſis deſcripſit. Præterea legitur in vernaculis Hollandiæ Chronicis, VVulfranno Epiſcopo Friſijs Chriſtum adnunciante, Sanctum Gengulphum equitem & Burgundiæ Comitem auctoritate & mandato Regis Pipini, potentia ſeculari cooperatum fuiſſe, eumque ob id toto anno reſidiſſe in *Medenblic*, & Epiſcopo petente prima ieciſſe fundamenta Eccleſię in *Ooſtvvoude*.

Addunt nonnulli Gengulphum, Venantium, & Pharaildem ex materno latere fratres fuiſſe Sanctæ Gudilæ: quod ab alijs negatur. Ita ferè Molanus in Natalibus Sanctorũ Belgij. Quod ad Collegium Canonicorum Florinenſe attinet, Ioannes Placentius in Catalogo Epiſcoporum Leodienſium tradit, id conſtitutũ eſſe an. ſalutis milleſimo octogeſimo.

CAPVT LXXXVIII.

HAIBACENSE COLLEGIVM in Germania.

COllegiata iſta Eccleſia in radicibus Alpiũ, nõ procul à *Murnau* & *VVilheim*, fũdata eſt à Northerto Comite Hochẽvvartẽſi, ex familia Anderẽſiũ Comitũ qui fuit Prępoſitus olim cathedr. Auguſtannæ Eccl. & poſtea

Epiſcopus Curienſis. Ex Epiſcopatu illo per Hermannum Saxonum Ducem, poſt Rudolphum ab Epiſcopis quibuſdam in Imperatorem electum, anno Domini milleſimo octageſimo quinto deturbatus monaſterium Haibacenſe ſuo ære ædificās ibidem mortuus eſt, anno milleſimo octageſimo ſeptimo. Pater huius Epiſcopi *Rapoto*, mater *Hemnia*, frater *Ortolphus*, ſoror *VViltruda*, fundatores Hochēvvartenſis monaſterij fuere.

Capvt LXXXIX.

Beatae Mariae Collegivm Teneramundanum, in Flandria.

In opido Teneramundano, ad Scaldim fluuium in Flandria ſito, vnica olim erat ante prolationem pomerij parœcia, quæ etiam nunc, totum penè oppidum complectitur, titulo Beatæ Mariæ, Deo ſacra. Vetus hic templum ante Normannorum tempora ſtructū hinc apparet; quod illis omnia populantibus, ciues huius vrbis, Dickeluena translatas *Hilduardi* & *Chriſtianæ* reliquias hic condidiſſe memorantur. Factum id putem circa annum octingētesimū quadrageſimū ſextum, quo barbaræ gētis metu, Gandauo ēt *Bauonis*, & *Pharaildis* reliquias, aliò in tutum delatas, Meyerus tradit. Superſunt autem adhuc eæ reliquiæ, & magna popularium religione aſſeruātur. Fuit Hilduardus Tullenſium Epiſcopus: de quo ex

ex Teneræmondẽſi martyrologio ita Molanus: *Ad ſeptimum Idus Septembris, in ciuitate Teneræmonda, Beati Hilduardi Epiſcopi & confeſſoris, qui ſub Duce Magryptio, primò diuerſis tormentorũ cruciatib. affectus; ſed fidei cõſtãtia in aduerſis, velut in proſperis lætus, fidelem Populum ad agnitionem veritatis admonuit, fidemq; Catholicam conſtantiſſimè prædicauit.* Tandem ipſe *Magryptium oppoſito veritatis ſpeculo ita deuicit, vt abiecto incredulitatis erroneo, Ieſum Chriſtum Dei filium aſſereret; & ſe ſuoſq; velle baptizari acclamaret. Quo facto vir Dei Dikeluennæ Oratorium exſtruxit, in quo poſt huius labilis vitæ deceſſum, glorioſo fine quieuit. De quo loco viri Teneræmonenſes veneranda eius oſſa omni virtute famata, inuenerunt, atque cum ſummo exultationis iubilo Teneremondæ tranſtulerunt.* De Chriſtiana verò in eodem martyrologio exſtant hæc, ad diem ſeptimum Idus Septembris. *Item eodem die apud Teneræmondam aduentus corporis Beatæ Chriſtianæ Virginis.* *Et iterum ad diem VII. Kalendas Auguſti: In ciuitate Teneræmondæ, B. Chriſtianæ Virginis, quæ Regis Anglorum Migranimi filia vnica erga Deos ſuos & idola, ſecundum patrum ſuorum traditionem, exſtitit deuotiſſima. Hanc omnipotens Deus ſibi dignam aſpiciens, de cœlo illi Angelum ſub ſpecie pauperis tranſmiſit, qui eam catechizauit, atque in Chriſti nomine baptizari præcepit: cuius etiam ductu Dickeluennæ peruenit.* De hac plura Molanus ad 26. Iulij. Enimuero multò poſt tempore, Ringo-

tus Dynaſta dictum templum à Normãnis fœdatum inſtauraſſe creditur. Quocirca eius Cõditor in ſepulchrali inſcriptione dicitur. Itidẽ in huius Eccl. obituario, vbi hæc verba: *Anno gratiæ* cIↄ. C. *V I. obijt Ringotus Caluus, fundator huius Eccleſiæ.* Niſi quis de Canonicatuũ inſtitutione id intelligat: qua notione nomen illud Eccleſiæ in Diplomatibus nõ infrequens. vt autem hic antea nullum templum fuerit, non eſt credibile. Idem ſex inibi Canonicatus fũdauit; adſignatis datiſq; ad id *allodijs de VVinſia, Morſela, & Gheuerghẽ, in campis, ſiluis, & pratis.* Huius fundationis confirmationem impetrauit *Adelvvidis* Ringoti vidua, ab *Odardo* XXXVI. Cameracenſiũ Præſule; quem Odonẽ Maſſęus vocat & Abbatẽ ante Tornacẽſem fuiſſe, virumque egregiè doctum aſſeuerat. Diplomatis hæc eſt ſeries:

Ringoſus caluus fundator.

In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis amen. Odardus per gratiã Dei Epiſcopus Cameracenſis, pro ſalute animæ meæ, meorumq; prædeceſſorũ, pro magna Eccleſiæ deuotione dominæ Adelvvidis, venerabilis vxoris Remigij Teneræmõdani, & omnimoda ſupplicatione Canonicorũ Teneramondenſiũ, eos ab omni perſona, omniq; laica vexatione, auctoritate Dei & noſtra emãcipamus: & Canonicis eius Eccleſiæ canonicã libertatẽ aſſignamus, concedentes vt decanus, qui Canonicorũ ibidẽ Deo famulantiũ curã habuerit, in Eccl. malefactores excõmunicandi poteſtatem habeat. Sic tamen vt eadẽ Eccl. pro libertatis memoria

rıa tres Teneræmondẽſis monetæ ſolidos Decano Bruxellenſi ad vſus noſtros, ſingulis annis perſoluat. Duæ Eccleſiæ altaria de Opvvyck,& Lebbeke Eccleſiæ Teneramondenſis, S. ſcilicet Trinitatis,& S. Chriſtianæ ſolummodò ad ædificia ſiue ornamenta Eccleſiæ retinẽda, libera canonicè tradidi: in quibus ſaluis noſtris reditibus pontificalibus, presbyteri per Decanum & Canonicos ſtatuantur: & ipſi nobis, vel miniſtris noſtris ad curam ſuſcipiendam præſententur. Præfatæ quoque Eccleſiæ allodia de VVinſia in campis, in ſiluis, in pratis; de Morſele, in campis, in ſiluis, in pratis; de Gheuerghem, in campis, in ſiluis, in pratis; cum omni iuſtitia terræ & ſiluæ liberè & integrè confirmamus; ſolis Canonicorum vſibus profutura. Præterea quæcunque, à quibuſcunque in terris, in ſiluis, in pratis, ſeu in alijs poſſeſſionibus præfatæ Eccleſiæ oblata ſunt, vel in poſterum offerri contigerit; modis omnibus, ad Canonicorum vſus permanere ac conſeruari decernimus. quæ bona ne tradantur obliuioni, noſtri ſigilli imaginatione ſignamus. Et ne ab aliquo violentur, auctoritate Dei & noſtra ſub anathemate prohibemus. Huius confirmationis teſtes ſunt, ſignum Rodolphi, Archidiaconi, Sancti Anſelmi, Archidiaconi, Sancti Euerardi, Archidiaconi, Sancti Sigardi, Decani, Sancti Lamberti, Sancti Subdecani Sancti Lamberti, Sanctæ Mariæ Canonici, Sancti Gerardi Canonici, Sancti Maccellini Canonici. Peractum hoc eſt anno Dominicæ incarnationis milleſimo decimo octauo, indictione prima.

præ-

prædicti Epiſcopi anno III. Salus & gloria omnibus Chriſtianis.

Poſt Ringotum Guilielmus aduocatus Atrebatenſis Bethuniæ & Teneramundæ dominus eiusque coniux *Machtildis* varias decimas Eccl. Teneramundanæ contulerũt: quam donationem rogatu *Machtildis* viduæ confirmauit Ioannes de Betunia Cameracenſis Epiſcopus, frater Guilielmi Aduocati, vt ex diplomate conſtat, anno 1217. dato. Eadẽ Machtildis à morte mariti tres ſacellanias in totidẽ Canonicatus conuertit. Exſtat ea de re diploma anno 1215 datum. Non multò poſt etiam aliæ Capellaniæ, quas *Machtildis* inſtituerat, in Canonicatus conuerſæ ſunt à *Roberto* filio, vt creditur: & ſic ad duodecim præbendas numerus adauctus eſt: quarum omnium ius patronatus & collatio ad Flãdriæ Comitem tãquam Teneramundæ Dominum ſpectat. Sic ferè Dauid Lindanus libro ſecundo de Teneramunda capite ſecundo.

Capvt XC

Sancti Gvidonis Collegivm *Anderlacenſe, in ſuburbano Bruxellenſi, in Brabantia.*

Sanctus Guido Cõfeſſor in pago Brachbantenſi tugurio ruſticano, & paupere domo natus, oculis parentum fucabatur in primæua ætate certas horas, quibus Eccleſiam ora-

oraturus adiret. Nec hilarem eum vlla dies videbat, niſi priùs aut oraſſet, aut eleemoſynam protuliſſet. Eccleſiæ Beatæ Mariæ in *Laken*, hodieque miraculis celebri, haud procul à Bruxella multis annis ſeruiuit, velut alter Nepotianus; eam floribus & ramis exornans, omnia in nitore conſeruans, atque in omnes cæremonias piè ſolicitus. Poſtea per ſeptem annos peregrinatus eſt Romam, Ieresolymã, & ad alia ſanctorum loca. Vnde Anderlacum reuerſus, peſte inguinaria ſæculi ærumnas cõſummauit, ſepultus in cœmiterio, anno 1112. Sed Deo ſanctum ſuum per crebra miracula mirificante, *Gerardus* Epiſcopus, ſucceſſor Lietberti, eum eleuauit in natiuitate Baptiſtæ; & ex confluentium oblationibus noua baſilica ſuper eius tumulum eſt ſumptuosè ædificata; in qua Canonicorum octodecim celebre collegium à Domino Gasbecano inſtitutum, & dotatum diuina, officia reuerenter peragit. Locus dicitur *Anderlacum*, & à recentioribus, *Anderlechtum*, Bruxellenſibus, apud quos indigenæ iure ciuium gaudent, vicinus. Sic ferè Molanus in natalibus Sanctorum Belgij.

CAPVT XCI.

BEATAE MARIAE COLLEGIVM Cathedrale Antuerpienſe in Brabantia.

COllegij noſtri Antuerpiani fundator fuit *Godefridus Bullonius*, qui ex Lotharingiæ

ringiæ, Brabantiæque duce, & S. Romani Imperij ad Scaldim Marchione (cuius quidem Marchionatus Rienſis vrbs primaria hodieque Antuerpia) primus Ieroſolymorum Rex eſt renunciatus. Is *decimam duorum manipulorũ, quam ab Imperatore liberè in feudo tenuit, Eccleſiæ Beati Archangeli Michaëlis, ad vſus Canonicorum inibi ſeruientium, contulit*: Vt Godefridus Barbatum Lotharingiæ dux in Diplomate ſuo, anno Chriſti 1124. dato loquitur.

Prima itaque Canonicorum Antuerpienſium ſedes fuit in Baſilica Sancti Michaelis, quam ipſi poſtea *Beato Norberto* ordinis Præmonſtratenſis fundatori, eiuſque ſodalibus, cum parte agrorum ac redituum, ceſſerunt, domicilium ſuum ad ædem Deiparæ ſacram, quam hodieque obtinent, vltroneè transferentes. Cuius quidem ceſsionis ſeu donationis exemplar hic lubet ſubnectere:

In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis ego Hildolphus Præpoſitus S. Michaëlis in Antuerpia, tã futuris quã præſentibus in perpetuũ. Qualiter præfata Eccleſia noſtra ad vſus Canonicorũ Præmõſtratenſis ordinis tranſierit, & qua de cauſa aſſenſus Capituli noſtri eis datus fuerit, præſentis ſcripti atteſtatione notificamus. Cùm in diebus noſtris quidam hæreticus Tanchelinus nomine in partibus noſtris aduenisſet, & venenoſo ſermone à fide & à Sacramentis Eccleſiæ plurimos auertiſſet; hac de cauſa vt illa hæreſis, quæ prouinciam noſtram occupauerat, fun-

ditus

ditus extingueretur, conſilo Domini Burchardi Epiſcopi & totius populi, & aſſenſu Capituli noſtri, Dominum Nortbertũ, virum noſtris temporibus ſpectabilis religionis, accerſiri curauimus; eiq; ac ſuis fratribus regulam B. Auguſtini ſeruantibus, ſuamq; inſtitutionem exſequentibus, ſupradictam Eccleſiam cum capellis in eius cœmiterio fundatis, & tribus curtilibus, & iugero terræ eidem cœmiterio adiacentibus cum quatuor præbendis, per manus memorati Epiſcopi tradidimus; circumſpectione vigiles, digneq; perpendentes, quod eorum ſaginaremur orationibus, & bonis ſpiritualibus, ſi eos ſuſtentaremus beneficijs temporalibus. Nos verò priùs numero duodecim, numerum noſtrum in octo terminauimus præbendas, & cum his & Præpoſituræ noſtræ integritatem in Eccleſiam Beatæ Mariæ tranſtulimus. Ceteras verò quatuor præbendas, per omnia eis conſimiliter participantes, proprio noſtro arbitrio dedimus. Excepto quod allodia & mancipia, quæ vſque ad hæc tempora Eccleſia illa poſſederat, in noſtros ſingulariter vſus ſegregauimus. Baptiſmus verò celeberrimi temporis, videlicet Paſchæ & Pentecoſtes, in Eccleſia illa obſeruabitur, reliquo autem tempore Parochianus noſter baptizandis prouidebit. Infirmos autem viſitare & communicare, oleoque inungere, confeſſiones audire, mortuos ſepelire, omnibus hæc ab eis quærentibus liberè conceſſimus. Vt autem tam præclaræ beneficentiæ fœdus inuiolatum

latum, & inter nos & ipſos ſemper permaneat, hoc definitum eſt, vt quodcunque munus infirmus, & moriens parochianus, ſiue in terra, ſiue in alia ſubſtantia cuiuis Eccleſiæ aliquid obtulerit, aut pro ſe offerri inſtituerit, per medium diuidatur, Quod verò alienus ſanus aut infirmus, aut parochianus incolumis dederit, Eccleſia, cui hoc datum fuerit, abſq; partitione poßideat. Ipſæ verò Eccleſiæ ſedula omniũ exactione inuicem iuges ſibi debebunt fraternæ charitatis orationes, in omnibus neceßitatibus ſeſe ſupportantes. Pro commemoratione verò ſuæ libertatis vtraque Eccleſia perſoluet Cameracenſi Præſuli aureum nummum Antuerpienſis monetæ & ponderis, ſingulis annis in feſto Sancti Lucæ. Vt autem hæc rata & inconuulſa permaneant, ſigilli noſtri impreßione, & teſtium ſubſcriptione, qui interfuerint, & hoc donum dederint, annotari curauimus. Ego Hildolphus Præpoſitus Sanctæ Mariæ, Anſelmus Canonicus, Bernardus Canonicus, Giſelbertus Porcus, Raduard⁹ Canonicus, Ouo Canonicus Raduard⁹ ſcriptor Patgerus Canonicus, Hildeuuinus parochianus. Actum autẽ eſt hoc anno Verbi incarnati MCXXIV. Indictione II. Epacta III.

Exſtat hoc ipſum diploma apud Baroniũ tomo CXII. Annalium, quod nos ipſi ad illum aliquando miſimus.

Ceterùm de numero & augmento Canonicorum ex Archiuis noſtris hæc habe: *Anno Domini 1240. conſentiente & approbante. Guidone Cameracenſi Epiſcopo I. Præpoſitus & Capitulum*

S. Mariæ

B. Mariæ Antuerpienſis communi conſenſu ſtatuerunt ad augendum Dei cultum cum duodecim tantum eſſent præbẽdæ, vt, quoniam facultates Eccleſiæ creuerant, de cetero fieret ſectio præbendarum, ſicut eas vacare contingeret, donec ad numerum XXIV. eſſet peruentum. Actum 1240. in feſto Beatæ Mariæ Magdalenæ. Id confirmauit frater Iacobus Prænestinus Epiſcopus Legatus Apoſtolicus diplomate apud Pontem gœmum dato VIII. Idus Octobreis 1140.

An. Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo primo actum & ſtatutum fuit, in Capitulo, de præbendarum, ſectione vſque ad XL. Sed poſterius iſtud decretum, neſcio qua de cauſa, vim ſuam non habuit.

De Præpoſituræ dignitate, eiuſque extinctione ex Archiuis itidem iſta exhauſi: *Anno 1257 menſe Nouembri, factum eſt ſtatutum Capituli de Præpoſitura annullanda, eò quòd Præpoſitus ſæpè non reſideret, deq; Decano in locum Præpoſiti* (Poſt mortem ſcilicet tunc viuentis & conſentientis Præpoſiti I. de Perubeis) *ſufficiendo. Quod decretum Alexander & Vrbanus Romani Pontifices, & Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus confirmarunt.*

Eſt quod hoc loco præterire non poſſum, Canonicos hodieque Antuerpienſes *Violaceis* vti *pileis*, idque pro laudabili veteris Eccleſiæ vſu. Qua de re Illuſtr. Cardinalem Baronium conſule in Annalibus ad an. 393. qui clericorũ

olim nec album nec nigrum, ſed violaceum fuiſſe veſtitum multis demonſtrat. Talis certè & Antuerpienſium olim Canonicorum fuit.

Diploma Burchardi Epiſcopi Cameracenſis, de trãslatione Canonicorum ex Baſilica Sancti Michaelis ad Baſilicam Sanctæ Mariæ Antuerpienſis.

IN nomine Patris & Filij, qui eſt veritas, & Spiritus Sancti, qui eſt amborum charitas, Burchardus diuina miſeratione Cameracenſium Epiſcopus tam futuris quam præſentibus in perpetuum.

Pontificalis ſolicitudinis & compenſatiuæ diſpenſationis eſt, à nobis ſeu ab alijs benè geſta, quando opportunum fuit, altiùs promoueri, & promota vt permaneant, firma ſanctione ſolidare. Eapropter Antuerpienſem Eccleſiam qualiter ad vſus *duodecim Canonicorum* libertate donauimus, & poſtmodum ad altius per diuinam inſpirationem ſublimauimus, præſentis paginę atteſtatione notificamus. Sanè prioris fundationis & libertatis priuilegium huiuſmodi eſt: Cùm in Eccleſiaſte ſcriptum ſit: *Si benè feceris, ſcito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa*, nobis qui in ſpecula poſiti ſumus, obnixius eſt perpendendum, ne erogationis noſtræ gratia illicita largitione irrogetur. Igitur Eccleſijs quibus præſumus in poſterum prouidentes, perſo-

perſonarum noſtrarum conſilio, hortatu etiam & petitione Domini *Godefridi* glorioſi Lotharingiæ Ducis, Eccleſiam S. Michaelis, quæ eſt Antuerpiæ, hactenus vnius perſonæ inueſtitione, & parochialis presbyteri ſeruitio contentam, cum appendicijs ſuis, capella ſcilicet *S. VValburgis*, quæ eſt in eodem burgo, & capella de *Linlo* & *Berendrecht* & *Orthoren*, & omnibus quæ infra ambitum præfatæ parochiæ continentur, ad vſus Canonicorum in eadem ſeruientium manumittimus. Perſonarū quoque ſubſtitutiones & quaslibet exactiones ſoluto quotānis in feſtiuitate Sancti Lucæ nobis ſeu ſucceſſoribus noſtris, Sanctæ Mariæ Cameracenſis Eccleſiæ Epiſcopis canonicè ſubſtitutis, à præfata Eccleſia pro libertatis ſuæ memoria, auri biſanti, excluſo certo Pontificali debito, interdicimus. Eo quidam tenore, vt Præpoſitus cum duodecim Canonicis ibidem in prẹſenti ſtatuatur. Nos verò Eccleſiæ noſtræ dignitatem canonicè conſeruātes, decernimus vt à Canonicis *Præpoſitus* canonicè electus, nobiſque ſeu ſucceſſoribus noſtris præſentatus, curam Canonicorum de manu noſtra ſuſcipiat, & nobis, more Præpoſitorum, præfatæ Cameracenſis Eccleſiæ, debitam obedientiam impendat. Ad hanc ergò Canonicorum inſtitutionem perpetuò muniendam, eamdem ligandi atque ſoluendi poteſtatem, quam mater noſtra Cameracenſis

Eccleſia in peruaſores ſuos habet, ſæpe fatæ Sancti Michaelis Eccleſiæ in malefactores ſuos concedimus, & vt presbyteri parochiales à Præpoſito & Canonicis ſubſtituti, curam à nobis ſeu miniſtris noſtris recipiant decernimus. Vt autem libertate à nobis tradita Canonici inibi ſuſtitui poſſent, præfatus Dux duas partes manipulorum decimæ quæ ad *Antuerpiam* & eius ambitum pertinent, quas à prædeceſſore ſuo illuſtris memoriæ *Godefrido* Duce, & poſtea Ieroſolymitano Rege Sancti Michaelis Eccleſiæ traditas, iniuſtè ſubtraxerat, eidem Eccleſiæ recognouit, & conceſsit; & vt noſtri decreti auctoritate firmarentur, impetrauit. Euoluto autem non multo tempore clerici præfatæ Eccleſiæ Sancti Michaelis multa circumſpectione vigiles, digneque perpendentes, quòd eos, quorum ſuſtentarentur carnalibus, ſaginare debent ſpiritualibus (nã eos hęreſiarchę *Tanſzelini* venenoſus ſermo infecerat) ad ſe fratrem *Nortbertum*, virum noſtris temporibus ſpectabilis religionis acceſſire curauerunt, eique ac ſuis fratribus regulam Beati Auguſtini ſeruantibus, ſuamque inſtitutionem exſequentibus, per noſtras manus Eccleſiam ſupradictam, quam à nobis ſuſceperant, cum capellis in eius cœmiterio fundatis, & tribus curtilibus & iugero terræ eidẽ cœmiterio adiacentibus contradiderunt. Ipſi verò priùs numero *duodecim*, numerum ſuũ in

Godefridũ Bulloniũ intellige.

octo terminarunt, & ſecum octo præbendis & Præpoſituræ ſuæ integritate ad Eccleſiam Beatæ Mariæ tranſtulerunt. Reliquas verò quatuor præbendas per omnia ſuis conſimiliter participantes ſub noſtræ auctoritatis confirmatione tradiderunt, excepto quod allodia & mancipia, quæ vſque ad hęc tempora Eccleſia illa poſſederat, in ſuos ſingulariter ſegregauerunt. Baptiſmus verò celeberrimi temporis; videlicet Paſchæ & Pentecoſtes in vtraque ſeruabitur Eccleſia. Reliquo autem tẽpore Parochianus Sacerdos S. Mariæ baptizãdis prouidebit. Sepeliri quoque defunctos in vtriuſque Eccleſiæ cœmiterio licebit. Vt autem tam præclaræ beneficentiæ fœdus inuiolatum inter ipſos ſemper permaneat, hoc definitum eſt, vt quodcumque infirmus & moriens parochianus, ſiue intra, ſiue in alia ſubſtantia cuiuis Eccleſię obtulerit, aut pro ſe offerendum inſtituerit, per medium diuidatur. Quod verò alienus ſanus, vel infirmus, aut parochianus incolumis dederit, Eccleſia cui hoc datum fuerit, abſq; partitione poſsideat. Nec minus vtramque Eccleſiam integra & parili libertate donamus. Ipſæ verò Eccleſiæ, ſecluſa inuicem omni exactione, iuges ſibi debẽt fraternæ charitatis orationes, in omnibus neceſsitatibus ſeſe ſupportantes. Pro commemoratione verò ſuæ libertatis, vtraque Eccleſia perſoluet Cameracẽſi Canonico & Catho-

lico Præſuli aureum nummum Antuerpienſis monetæ & ponderis, ſingulis annis in feſto S. Lucæ, priori dimiſſo debito.

Quæcunque igitur Pontificum ſeu Principum largitione, imò quorūlibet Catholicorū collatione memoratis Eccleſijs oblata ſunt, vel vlteriùs conferentur, huius noſtri decreti munimēto, eiſdem ad vſus, vt dictum eſt, Canonicorum aſſignamus. Ne qua verò Canonica ſęcularisùe perſona, proceſſu temporum, in in hanc noſtri decreti paginam, ſpiritu calumniæ, moueatur, collata conſeruatoribus pace in peruaſores quoad reſipuerint, anathematis exterminium promulgamus, atq; noſtra ſubſigillatione, & canonica adſtipulatione confirmamus. Signum Vrlebaldi Præpoſiti, Ioannis Archidiaconi, Radulphi Archidiaconi, Anſelmi Archidiaconi, Anſelmi Præpoſiti, S. VVidonis, S. Roberti. S. Gerardi, Capellani, S. Oilardi, Decani. S. Hugonis, Heriberti Canonicorum.

Actum eſt autem hoc anno incarnati Verbi M C. X X I V. Indictione II. exacta III. Præſulatus Domini Burchardi nono. Ego VVerimbaldus Cancellarius ſcripſi, & recenſui.

Diploma Godefridi Barbati Lotharingiæ Brabantiæq; Ducis, de decimis duorum manipulorū ad vſus Canonicorum, tunc in Eccleſia S. Michaelis Antuerpiæ ſeruientium collatis per Godefridum Bulloniū Lotharingiæ Brabantiæq; Ducē, & poſtea Regem Ieroſolymorum.

Go-

GOdefridus Dei gratia Lotharingię Dux & Marchio, B. Tribuno & omnib. Antuerpienſibus tam maioribus quàm minorib. gratiam & amicitiam ſuam. Decimam duorũ manipulorum Eccleſiæ Archangeli Michaelis, quam Dominus & prædeceſſor meus beatæ memoriæ Dux *Godefridus*, & poſtea Rex Ieroſolymitanorum, ab Imperatore liberè in feudo tenuit, hortatu fidelium virorum tam clericorum quàm laicorum, præcipuè inſtinctu diuini amoris, præfatæ Eccleſiæ ad vſus Canonicorum inibi ſeruientium contulit. Quod etiam multis ex vobis notum eſt. Quo defuncto cum Dux Henricus ducatũ obtineret, quorundam ſuſurronum oblatratu, eamdẽ decimam ab Eccleſia iniuſtè ſurripuit. Cũ verò diuina miſeratione Ducatui præeſſẽ, & hanc in poteſtate mea inueniſſem, quibuſdam amicis meis habendam tradidi. Sed cum multis & creberrimis Canonicorum querimonijs concuterer, tandẽ conſilio accepto, cũ tamen magna à quibuſdam, ſicut aliquibus ex vobis patuit, pro ea mihi promitteretur pecunia, Eccleſiæ recognoui, & conceſsi. Deo & vobis ſic exiſtimamus ſatisfacere. Adhæc omnia ſucceſſorum meorum cùm timerem fraudem & malitiam, ne ſicut contra Eccleſiã malè actum eſt, ſimile quid fieret; Dominum meum Imperat. conueni; & omniũ prauorũ hominũ cauillationẽ ſecludẽs, imperialis teſta

menti ſuſcriptione & ſubſignatione firmari impetraui. Super his autem tam idoneè & tam iuſtè ordinatis & confirmatis, cùm Epiſcopus Eccleſiam canonicæ libertati traderet, rogatu meo, in pagina ſuæ libertatis ſub Anathemate confirmauit. Sed quia ſunt nonnulli ex vobis, qui prædictam decimam, à me in feudo acceptam, quorum *Berneon*, & alter *Oldeius* eſt, mentiuntur; quidam verò qui à me emptam fabulantur; quibus omnibus diem decationationis ſæpius conſtitui; & cum ad præſentiam minimè venirent, liberorum virorum iudicio, Eccleſiæ conſeruaui. Precor igitur vos tã homines quam amicos meos, Beatum Tribunum & fratres eius O. filium *Titdon*, *VVildbodon*, & cæteros quoſque amicos meos, quatenus Eccleſiæ contra malefactores ſuos iuſtitiã conſeruetis, & eam tam in decima quàm in allodio, in ſeruis & ancillis, & ad omnem Canonicorum querimoniam mei cauſa fideliter iuuetis. Valete.

Diploma Henrici IV. Imperatoris de Decimis in Sant vliet.

IN nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis *Henricus* Dei gratia IV. Romanorum Imperator Auguſtus.

Dum vtilitatibus Sanctæ Eccleſiæ pro fauore conſimilimus anteceſſorum noſtrorũ ſtatuta non ſolum confirmamus, verùm etiam augmenta-

augmẽtare curamus; idque ad profectum totius Imperij à Deo nobis collati congruere haudquaquam diffidimus. Dignum eſt etiam vt celſitudo regalis principum petitionibus eò libentius faueat, quò promptius eos in ſua perſeuerare proſpicit fidelitate. Omnibus igitur tam præſentibus quàm futuris notũ eſſe volumus, nos conſilio & petitione fidelis noſtri *Godefridi*, videlicet, Ducis & Marchionis, conceſſiſſe Eccleſiæ S. Michaelis Archangeli, quæ eſt ſita in Burgo qui dicitur *Andvverp*, omnem decimam quæ continetur à terminis *Landſliten* vſque *Olmeremuthen*; ita vt quartam eiuſdem decimæ partem Eccleſiæ Præpoſitus ſibi retineat, & reliquas in vſus fratrum conſeruet. Huius autem noſtræ traditionis teſtes idoneos ſubſcripſimus, quorum nomina hæc ſunt; *Cunradus* Oſnaburgenſis Epiſcopus, *Burchardus* Cameracenſis Epiſcopus, *Gerardus* Merſemburgenſis Epiſcopus. Alij quoque Principes, *Arnolfus de Los*, *Theodericus* Comes, *Gerardus* Comes, *Paganus* Comes, *Otto de Mares*, *VVillelmus* Comes, *Hermannus* Piſcis, *Stephanus*. Hoc etiam *Mathildis* Romanorum Regina ſua corroborauit pręſentia. Huius autem chartæ traditio facta eſt, præſente eiuſdẽ Eccleſiæ Prępoſito *Hildevvino*, & obnoxiè petente, & vt hoc noſtræ auctoritatis præceptũ per futura tempora firmum & inuiolabilem obtineat vigorem manu noſtra ſubterfirma-

 uimus

uimus, & ſigilli noſtri impreſsione iuſsimus inſigniri. Signum Domini Henrici IV. Rom. Imp. inuictiſsimi *Bruno* Cancellarius recognouit. Data XI. Calendas Decembris, anno Dominicæ Incarnationis MC. XXIIX. indictione XI. regnante Henrico IV. Rege Romanorum Imperatore quarto. Actum eſt apud Traiectum in Chriſto feliciter Amen.

Caput XCII.

Sancti Gummari Collegium Liranum, & alia diœceſis Antuerpienſis.

Præter Cathedrale Collegium Marianũ Antuerpienſe, ſunt inſuper in ea diœceſi Collegia quinque *Liranum, Bredanum, Bergenſe ad Zomam, Turnhautanum & Hochſtratanum.*

Liranum collegium exordia ſua debet *S. Gummaro,* qui glorioſa ſtirpe exort⁹ eſt in Renenſi prouincia, quæ Brabantiæ territorio comprehenſa, nunc *Rienſis* dicitur, vulgari ſermone ac vernaculo, *het land van Rijen.* In ea natale ſolum habuit *Emblehem,* qui locus horæ ſpacio à Lira oppido diſtat. Erat lenis in ſermone, conſtans in bono opere, humilitate ſubmiſſus, pietate profuſus, ieiunijs & vigilijs caſtigans carnem, eleemoſynarum largitor, in aula *Pipini* Regis magnificè acceptus. Habuit *Grimuariam* vxorem ſibi moleſtiſsimam, quam patientia & prudentia vincere laborauit. Cùm ad limina Apoſtolorum tenderet,

deret, diuina admonitione intra Netæ ambitum iubetur oratorium conſtruere; vbi vitam in multa ſanctitate finiuit. In meſſe ſiti deficientibus, baculo terram fodit, & erupit fons largiſsimæ aquæ, qui adhuc viſitur in *Emblehem*. Alijſque multis miraculis claruit in vita, & poſt mortem. Quieſcit Liræ, quod eſt opidum Brabantiæ, diœceſis Antuerpienſis, vbi collegiatam habet Eccleſiam, quæ in hiſtoria *Monaſterium* nominatur. Ad hoc monaſterium venerunt Normanni, euerſa Malina ſeu Machlinia, ignemque iniecerunt; Sed *S. Gummarus* è cœlis ſuis meritis contra eos pugnans, ignem extinxit.

Itaque collegium Liranum initia ſua debet *Sancto Gummaro*, viro diuiti ac nobili quod his verbis diſertè teſtatur Chronographus Cameracenſis: *Non procul Machlinis eſt monaſterium Canonicorum, quod ex proprijs prædijs vir Dei Gummarus illuſtris laicus, ſtruxit, ibique ſepultus diem reſurrectionis exſpectat.*

Auxit fundationem poſtea, & Canonicos inſtituit *Carolus Magnus* Imperator.

SANCTAE MARIAE COLLEGIVM Bredanum, in Campania Brabantiæ.

BREDA illuſtre eſt Brabantiæ opidum in Meditullio Campiniæ ſeu Campaniæ, ferè ſitũ ad gentẽ Naſſouiã ſpectãs. Illius opidi tẽplũ *B. Mariæ* ſacrum nonniſi parochiale olim

olim fuit in quo poſtea quatuor Canonici à Parocho vicini pagi *Terheidem* nũcupati, ſunt primitus collocati.

Auxit poſtea hanc fundationem N. ex familia Naſſouiorum ad numerum XII. præbẽdarum. Quo fit vt hodieque earum collatio ſpectet ad Orſingiæ Principem, gentis Naſſouiæ.

CAPVT XCIII.

SANCTI IOANNIS COLLEGIVM cathedrale Siluiducenſe ſeu Buſcoducenſe in Brabantia.

CAMPINIA ſiue Campania Brabantiæ prouincia, ad ſeptentrionem Moſa flumine ac Hollãdiæ finibus clauditur. Silua-ducis ſiue Boſcum, primarium regionis opidum veteribus *Orten fuit*. Exſtat diploma quorundam priuilegiorum à Philippo Imperatore Henrico Duci datorum quæ hoc nomine appellant. *homines quoque*, inquit, *ciuitatum Ducis, videlicet Orten, quæ nunc ſilua dicitur, & Tyele, per totum Imperium in exactione telonij eandem habebunt iuſtitiam & libertatem, quam habuerunt temporibus patris & fratris noſtri. Acta fuere hæc, anno 1204.* Ita Diuæus libro primo Rerũ Brabanticarum capite nono.

Annus fundationis opidi Siluiducenſis his verbis comprehenditur: *Godefridus Dux ex ſilua fecit opidum.*

Idem

Idem Dux habetur primus auctor ac dotator Collegij Canonicorum Siluiducentium, quod primitus nonniſi collegium Capellanorum fuit, poſtea Canonicorum, & nunc cathedrale; idque beneficio Pauli III. Papæ, anno 1559.

CAPVT XCIV.

DIOECESIS SILVIDVCENSIS COLlegia partim in Brabantia, partim in Geldria.

SIluiducenſis diœceſis opida ſunt iſta: Silua-ducis, Helmonda, Dindouia, Seuenberga, Hueſdenum, VVoicomium, Mons S. Gertrudis, Raueſthenium. Item municipia ſunt iſta, Megenum, Oſſa, Roda S. Odæ, Oiſteruicus, Boxtelia, Oirſchotum, Hiluaribeca.

Collegia porro ſunt iſta in diœceſi Siluiducenſi.

S. Ioannis Cathedrale Siluiducenſe.
S. Martini Bomilienſe, in oppido & inſula Bomelia.
S. Petri, Hiluaribecanum, in Campinia.
S. Petri Oorſchotanum, in Campinia.
S. Odæ Rodanum, in Campinia.
S. Catharinæ Eindouienſe, in Campinia.
S. Eliſabethæ in opido montis S. Gertrudis.
S. Catharinæ, Huldenſe, in opido Hueſdenſi.
S. Petri, Boxtellenſe in Campinia.

S. Martini Roſſemienſe in Bomelia inſula.

S. Seruatij, Hemertanum, quod ſedem ſuam habet in pago Bomeliæ inſulæ, quem *Hemert inferius* vocant.

SANCTI MARTINI ET SANCTAE Dimpuæ Gelenſe in Campinia.

IN eadem diœceſi ſunt duæ Abbatiæ, *Tongliloa* & Berna, ordinis præmonſtratenſis, Item *Poſtulo Præpoſitura* & celeberrimum hoſpitale. Sunt inſuper duo prioratus Canonicorum regularium videlicet *Corſſendouca*, apud Turnhautum municipium, & *diuina* olim prope Eindhouiam nunc in vrbe Siluiducenſi.

SANCTI PETRI COLLEGIVM Oirſchotanum.

IN Campinia Oirſchonum inſigne eſt municipium, vbi *Botgin* nobilem olim virum imperaſſe ferũt: cuius filius *Odulphus*, æuo Caroli Magni ac Ludouici Pij Vltraiectenſem ſanctitate illuſtrauit Eccleſiam: vt tradit Petrus Diuæus lib. 1. Rerum Brabanticarum.

Eſt in hoc municipio inſigne Canonicorum Collegium.

S. ODAE COLLEGIVM RODANVM ET S. Petri Hiluari-Becanum, in Campania Brabantiæ.

S. Oda Virgo, filia, vt fertur, Regis Scotorum cum cæcitate eſſet correpta, fama

fama ſignorum & prodigiorũ euocata eſt Leodium ad reliquias Sancti Lamberti Martyris, vbi flumen oculorum recepit, & caſtitatẽ ſuam Chriſto ſacrauit. Cùm verò pater vellet eam ſæcularis vitæ vſibus informare, & ad matrimonium trahere, ipſa diuino vſa conſilio, peregrina in Taxandriam deuenit, ſuaq; ſanctitate Rodenſe territoriũ ſublimauit; in quo obijt circa annum 713. matrona autẽ quędam nobilis propter miracula, quæ Deo auctore ad tumulũ ſanctæ fiebãt, prędignatũ Rodenſe territorium Eccleſiæ S. Odæ hereditariẽ obtulit. Eleuata eſt è tellure, per Otbertũ Epiſcopum Leodienſem anno 1103.

Ceterũ vt patrona quieſcit Rodiæ in collegiata Eccl. & ſolenne feſtũ habet 27. die Nouemb. Quod ẽt duplex eſt in Cathedrali Eccl. Siluæducenſi, & in Hilvvari-Beca. Conſtans eſt enim cleri Bebani opinio, Hilvvarem nobilem pediſſequam S. Odæ, primariã Hiluari-Becani collegij fundatricem fuiſſe. Vnde ẽt iſta Beca ab ipſa, ad aliarum diſtinctionẽ dicta eſt Hilvvaris-Beca, quomodo Roda dicitur S. Odæ Roda. Sic ferè Molanus in natalibus SS. Belgij.

Eſt autem *Roda S. Odæ*, vt & *Hiluari-Beca* inſigne ac populoſum municipium Campaniæ Brabantinæ, vtrumque in diœceſi Buſcoducenſi ſeu Siluiducenſi ſitum.

S. CA-

SANCTAE CATHARINAE COLLEGIVM Heuſdanum.

HEvsda ſiue Heuſdenum opidum eſt admodum munitum, tertio ferè lapide à Silua-ducis, in confinibus Brabantiæ & Hollandiæ, ſitum. In hoc opido quinque Canonicorum cętum fundauit *Mechtildis*, vidua Herberni de *Riede* militis, qui anno milleſimo tricenteſimo trigeſimo octauo erat magnę inſulæ Dordracenſis Baliuus.

SANCTI MARTINI COLLEGIVM Bomelienſe.

COllegium iſtud decem Canonicorum fundatum eſt anno 1303. à *Gerardo Naſſouio* Theſaurario Vltraiectenſi, & *Bernardo de Vueren*, Canonico Sancti Petri vltraiecti.

ROSSEMIENSE COLLEGIVM IN Bomelia Geldriæ inſula.

ROſſemium pagus eſt inſulæ Bomeliæ ad ducatum Geldriæ ſpectantis, cuius quidem Dominus fuit *Martinus Roſſemius* Dux belli clariſſimus temporibus Caroli quinti Imperatoris; cuius Martini auus Ioannes in ſui iuris pago *Roſſem* fundauit Collegium ſeptem Canonicorum.

S. MAR-

SANCTI MARTINI ET SANCTAE *Dimpnæ collegium, in Gela municipio Brabantiæ.*

SANCTA Dimpna Virgo & Martyr, propter fidem & amorem caſtitatis decollata eſt à proprio genitore, Rege Pagano. Cùm enim pater, regina defunctà, nouam quæreret eiuſdem pulchritudinis vxorem, monetur à militibus, vt filiam ſuam accipiat; matri ſuæ adeò conſimilem, vt in eius imagine mortua reuiuiſcere videatur. Quod deteſtabile facinus cum pater vi perficere vellet, illa quaſi obtemperatura quadraginta dierum inducias petijt, & interim conſultore *Gereberno*, eximiæ ſanctitatis & doctrinæ ſacerdote, qui ipſam pridem occultè baptizauerat; & ipſi ac matri Euchariſtiæ ſacramentum porrigere conſueuerat, cum ipſo & patris iaculatore, eiuſque cõiuge, per mare peruenit ad Caſtrum, quod *Antuerpia* dicitur. Inde autem ad villam perrexerunt, cui nomen *Gele* eſt antiquitus impoſitum, quę tūc temporis raro inhabitatore excolebatur, quia erant in ea nonniſi quindecim domus, eaque nemorum denſitate ferè per ſex milliaria circumſeptæ. Inuenerunt autem in ea vnicam S. Martini Eccleſiam, in qua Gerebernus Miſſas celebrabat. Itaque in *Zammale*, non longè ab ea Eccleſia, habitaculum ſibi conſtruxerunt, in quo tribus menſi-

bus ieiunijs & orationibus vacantes, vitam quodammodo angelicam ducebant. Interea Rex per fugam filiæ turbatus, naui Antuerpiã venit, & indè quaquauerſum legatos mittit. Quidam autem peruenerunt ad villam rurenſem Neſterloo, & cùm hoſpiti expenſas ſoluerent, ait ille, ſe nummos habere conſimiles, quorum pretium prorſus ignoraret. Et interrogatus vnde eos haberet, reſpondit à virgine Hiberna, quæ propè in deſerto habitat cum venerando ſene ſacerdote, quæ pro emendis alimentis id genus nummos mittit. Hac occaſione pater ad eam iter arripuit. Quam primũ libidinis igne accenſus, ſuauiter affatus eſt. Sed pro ea reſpondens Gerebernus, patrem de abominatione redarguit. Filiam ne vnquam conſentiret eſt adhortatus. Tum verò omnes in eum tanquam fugæ auctorem & filiæ euerſorem irruerunt: & exagitatus iniurijs, vitæ curſum capite cæſus compleuit. Rex autem iterum acriùs inſtabat, vt filia illi acquieſceret. Sed cum Chriſtum vnicum amatorem ſe offendere nolle, aliaque multa conſtanter reſponderet, pater furore incenſus, iuſſit eam decollari; & cùm nullus tam crudele facinus vellet exſequi, ne Regis poſtea fortaſsis dolituri iram incurreret, ipſemet regalis nobilitatis & clementiæ oblitus, gladio, quo fuerat accinctus, ſacrum caput virginis amputauit. Et relicta ſunt corpora

beſtijs

beſtijs terræ deuoranda; quæ poſtea à quibuſdam iuxta habitantibus in ſpecu ſunt condita. Poſt multa verò annorum curricula, ob ſtupendam ſignorum exhibitionē, clerus & populus eorum corpora quæſiuerunt, eaque in duobus ſarcophagis niue candidioribus repererunt. Quod opus Angelorum, vt Sanctorũ caſtitas ſignificaretur, eſſe it cognouerunt; cùm non eſſent in regione illa niſi petræ fuligine nigrantes. Sic ferè Molanus in natalibus Sanctorum Belgij.

Eſt autem Beca populoſum Campiniæ municipium, ſecundo lapide ab Herentalia Brabantiæ opido ſitum: in quo loco hodieque ſacrum Beatæ Dimpnę corpus adſeruatur à Canonicorum collegio. De ea vide Martyrologium Romanum.

CAPVT XCV.

SANCTI HADELINI COLLEGIVM Viſetenſe diœceſis Leodienſis ad Moſam Fluuium.

S. HAdelinus confeſſor, Aquitaniæ territorio ortus, in tenera ætate ſemper cõſortio ſenũ intereſſe cupiebat. Inde relinquẽs terram & cognationem ſuam, venit *Stabuletũ* vbi magiſterio vſus eſt S. Remacli Epiſ. Tũgrenſis. Adeoq; fuit ſanctitate & miraculorũ gloria celebris, vt Eccl. Cellenſis fratribus in valle ad Letiã fl. habitantib. multa prædia ſint

collata, multique reditus. Verùm anno 1137. Canonici verò S. Hadelini, quia à Domino Cellenſi multum opprimebantur, & in Eccleſiæ libertate defraudabantur, clam cum feretro & ſacro corpore Leodium aufugerunt. Quare Adulphus Marca Leodienſis Epiſcopus habito conſilio, corpus ſanctum cum Canonicis miſit Viſetum, quod tunc temporis ab Epiſcopo vallabatur nouis muris & turribus. Eſt autem ad ripam Moſæ inter Leodiũ, & Traiectum. Habetque collegium Viſetenſe ſæcularem Abbatem, Canonicum Leodiẽſem, cũ ex prima fundatione veriſimiliùs putent ſeſe Benedictinos fuiſſe, cùm Cellæ reſiderent ad Letiam, ſeſquimilliari à Dionanto, verſus Arduennam. Videtur enim locus ille, à humili monaſterio, Cellæ nomen accepiſſe.

vide infra cap. 122.

Ceterùm Cellenſes, apud quos in S. Hadelini Eccleſia Præpoſitura remanſit, pingunt eum vt eremitam, quia eremiticam vitam apud ipſos egit eo videlicet in loco, vbi in hũc vſque diem locus ſepulturæ eius cernitur, ſuperexſtructa ædicula, quam in memoriam eremiticæ eius vitæ anachoreta inhabitat.

Exſtat de hoc viro, adhuc in Cella quieſcente illuſtre Nodgeri Leodiẽſis Epiſcopi teſtimoniũ. Scribit enim Remaclũ ipſi futuræ conuerſationis & quietis locum, fontéque humanis vſibus oportunum indicaſſe. *Quæ res*, ſubdit, *hodie omnibus minimè obſcura eſt, quando in e-*

in eodem loco corpore quieſcit, & ſpiritu præſens, innumera illic quotidiè credentibus beneficia præſtare non ceſſat.

CAPVT XCVI.

COLLEGIVM CANONICORVM *Aulæ Comitis apud Valentianas.*

BAlduinus III. cognomēto Magnanimus Hannoniæ ac Valētiarum Comes in ipſa Vrbe Valentiana Palatium inſigne exædificauit, quod Aulæ Comitis nomen etiamnum retinet. Quo in Palatio Collegium Canonicorum anno circiter milleſimo cēteſimo nonageſimo ſecundo collocauit diplomate ea de re dato. Ita Iacobus Guiſius in Hannoniæ Chronicis libro tertio capite quingenteſimo vndecimo.

CAPVT XCVII.

MONTIS-BRISONIS CANONICORVM collegium in diœceſi Lugdunenſi, in Gallia.

MOns Briſonus eſt Vrbs primaria Prouinciæ Forenſis in regno Galliæ: in qua vrbe *Guigo*, ſiue *Guido* IV. Comes Forenſis & Niuernenſis inſigne Canonicorum Collegium anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo tertio fundauit, ac dotauit. Raynaudo Lugdunenſi Archiepiſcopo approbante.

Diploma fundationis ſic habet: *Guigo Co-*

mes Forenſis &c. *Nos ad honorem Dei & beatæ ſemper virginis Mariæ, auctoritate diœceſani noſtri Venerabilis Lugdunẽſis Archiepiſcopi, patrui noſtri, Eccleſiam conſtruximus apud montem-briſonem in Parochia Modoni ſiue præiudicis iuris alieni, & in eadem Eccleſia tredecim Canonicos inſtituimus, qui diuinis officijs mancipati Deo & Beatæ Virgini Mariæ perpetuò deſeruirent. Ex quibus vnus Decanus, alter cantor, alius ſacriſta, ſequens Magiſter chori eſſent. hæc omnia in præſentia venerabilis patris in Chriſto Domini R. Lugdunenſis Archiepiſcopi. Actũ anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo tertio.* Immunitates item & priuilegia eidem Eccleſię conceſſa ſunt à præfato Guidone anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo nono. Statuta circa diuina publicata ſunt à Ioanne Archiepiſcopo, anno milleſimo tricenteſimo octogeſimo quinto. Eadem priuilegia cum ſtatutis leguntur approbata per Franciſcum primum Regem Galliæ anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto.

Capvt XCVIII.

COLLEGIA CANONICORVM DIœceſis Aurelianenſis in regno Galliæ.

Collegium Cathedrale S. Crucis.
Collegium S. Aniani.
Collegium S. Petri, Virorum.
Collegium S. Petri, puellarum
Collegium S. Auiti.

C olle-

Collegium Sanctæ Mariæ Cleriacenſis.

Collegium Sancti Liſardi in opido Magdunenſi.

Collegium Sancti Verani, olim S. Crucis in opido Gergolio.

Collegium S. Itherij in opido Suliaco.

Collegium Sancti Georgij in opido Pithueris.

Collegium Sanctæ Mariæ in opido Riuomorantino.

Collegium Sanctæ Mariæ in Caſtello veteri, quod eſt municipium muris non clauſum.

Ceterum Aurelianenſes tradunt, Baſilicam Cathedralem Aurelianenſem, in honorem Sanctæ Crucis cõſtructam ac dedicatam tempore Conſtantini Magni Imperatoris. quo regnante crux dominica diuinitus per matrem eius *Sanctam Helenam* reperta fuit atque exaltata. Quo factum vt & ipſe Conſtantinus, & alij paſsim Chriſtiani multas ijs temporibus Baſilicas in honorem Sanctę Crucis excitarent. Aliter tamen Rigordus in hiſtoria ſua manu ſcripta de vita Philippi ſecundi cognomento Auguſti Franciæ Regis, qui anno milleſimo centeſimo octogeſimo ſecundo Iudæorum ſynagogas per Galliam exiſtentes iuſsit in templa Chriſti commutari. Rigordi verba ſunt iſta: *Regis ad præceptum, & exemplum Aurelianenſes ciues in Eccleſia ſua, quæ quondam Aurelianis fuerat Synagoga,*

Stãpenſe Collegiũ. *prabendas perpetuò inſtituerunt, vbi clerici ordinati die ac nocte diuina celebrant officia. Similiter in Eccleſia Stampenſi, quæ fuerat Synagoga factum fuiſſe vidimus.*

Eſt autem hodieque collegiata Eccleſia S. Crucis in opido Saptis Gallicè *Eſtampes* inter Lutetiam Pariſiorum & Aurelianum ſito.

Capvt XCIX.

Edelstetense collegivm, Canoniſſarum, in Sueuia, Germaniæ prouincia.

Edelſtetum, quaſi nobilis locus, vel nobilium puellarum locus, aut vt in quibuſdam vetuſtis chartis legi, *Ottlinſtettum*, Canoniſſarum liberarum & ab omni profeſſione immunium, in Sueuia pulcherrimum eſt collegium, Vrſpergenſi cœnobio vicinum medio ferè itinere inter Auguſtam & Vlmã, Sueuiæ vrbes. Cuius loci virginibus liberum eſt egredi ac nubere; ſoli verò Abbatiſſę propter benedictionem, integrum non eſt. Fundatum & liberaliſsimè dotatum eſt iſtud collegium anno Chriſti milleſimo centeſimo vigeſimo ſexto à *Giſela*, *VVernheri* Comitis de Schvvaberg & Baltzhuſen, fundatoris Vrſpergenſis Germana ſorore, quæ apud Laugingiacum etiam xenodochij fundatrix & ædificatrix fuiſſe celebratur. Sic ferè Bruſchius in Chronologia monaſteriorum Germaniæ.

Capvt

CAPVT C.

COLLEGIVM S. MARIAE DE ROSCIDA valle, in Nauarra.

SAnctius Vaſconũ, ſiue Nauarræ Rex, extruxit ſumptuoſum Deiparæ templum ac collegium in loco *Roſcida Vallis* nuncupato; in quo ipſe mortalis vitæ anno 1234. 7. Idus Aprilis vinculis eſt expeditus. Locum hunc Canonici diuinas laudes perpetuò concenturi excolendum acceperunt. Vide Marianam li. 12. c. 16. Rerum Hiſpaniæ.

CAPVT CI.

S. MARIAE ET S. LEBVINI COLlegium Cathedrale Dauentrienſe, in Germania inferiore, & alia collegia d. Dauentrienſis.

A Multis retrò ſeculis fuit inſigne apud Dauentrienſes collegium Canonicorũ: in qua vrbe & Epiſcopi Vltraiectini aliquando ſedem ſuam habuerunt, temporibus præſertim periculoſis, vt Ioannes Becanus in hiſtoria Epiſcoporum Vltraiectenſium tradit. Quapropter vt Middelburgi, ſic etiam Dauentriæ, Epiſcopali duntaxat dote opus fuit, ad Cathedram Epiſcopalem an. 1559. erigendam. In quam dotem Philippus II. Rex Catholicus adſignauit monaſterium Canonicorũ

Regularium vulgò, *Borclooſter* nuncupatum, prepè Suollã, Tranſiſalanæ prouinciæ opidũ.
Sunt autem in diœceſi Dauentrienſi opida ſubſequentia.

Dauentria, Zutphania, Suollæ, Campi, Harderuicus, Elburgum Hattemium, Druſoburgum, S. VValburgi ſacrũ ſiue Donsburgũ, Herenberga, Dontechemium, Haſſeletum, Gora, Lochemium, Bredefortum, Vollenhouia, Hardenberga, ſiue Hardenburgum, Almeloa, Euſceda, Linga, Steinuicus, Otmarſum, Grolla, Delda, Oldezalia, Ommia, Dipenhemium.

SANCTI PLECHELMI COLLEGIVM Oldenſalienſe.

FVndatum eſt Collegium iſtud in veteri Saliorum opido à *Balderico* Epiſcopo Vltraiectino, qui & ipſum opidum muris cinxit.

S. VVALBVRGIS COLLEGIVM Zutphanienſe.

ZVtphania inſigne eſt opidum Comitatus titulo nobile, quod cum ſuo territorio facit vnam ex ſeptendecim prouincijs Belgicis. In hoc opido vetus eſt Canonicorũ collegium, quod habet Præpoſitum, Decanũ, & Scholaſticum. De ſancta VValburge ſeu VValburga Martyrologium Romanum & Molani natales Belgicos.

S. CLE-

SANCTI CLEMENTIS COLLEGIVM Steinuicanum.

STeinuicus opidum eſt Friſiæ occidentalis, in quo collegium duodecim Canonicorum fundauit *Henricus* Epiſcopus Vltraiectinus, anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo.

Capvt CII.

SANCTAE MONEGVNDIS COLLEGIVM Chimacenſe, in Hannonia.

S. Monegundis Virginis hiſtoriã S. Gregorius Turonenſis deſcripſit. Natale eius tãquam feſtum ſolenne Chimaci celebratur ſecundo die Iulij poſtpoſito feſto Viſitationis Mariæ; eo quod collegiata dictæ vrbis Eccleſia conſecrata ſit in honorem D. Monegundis, eiuſq; reliquijs exornata fuerit, quas duo Canonici in ſolemnibus proceſsionibus circũferre ſolent in loculo argẽteo deaurato.

Simili ferè pietate S. Priſcæ dies natalis ad diem 18. Ianuarij colitur, & reliquiæ in argenteo portabili loculo honorabantur. Sed vtriuſq; reliquiæ ſub Caroli Quinti imperio perierunt, anno quinquageſimo ſecundo, Francis vrbem incendentibus. In medio tamen chori ſculptura ſupereſt Gallicis verbis, quæ Latinè ſonant, *Hic iacet nobilis homo Iannes, Comes Sueſſionenſis dominus*

Chima-

Chimaci, qui apportauit corpus Sanctæ Priſcæ de partibus Romæ, qui obijt anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo ſecundo.

Eſt autem Chimacum vulgò *Chimay*, Hannoniæ opidum diœceſis Leodienſis, duabus ſiluis, Fania & Theoracia interclusum, Principatus titulo nobile, quod hactenus gentis Croyæ, nunc eſt Arenbergicæ de Lingne.

Capvt CIII.

Sancti Petri Collegium Cathedrale Middelburgenſe, & alia in Zelandia.

Collegium iſtud Canonicorum quatuordecim, & vnius Decani, inſtitutum eſt anno milleſimo trecenteſimo vndecimo in honorem Sancti Petri à *Guilielmo* Imperatore, eodemque Hollandiæ, ac Zelandiæ Comite, vt tradit Ioannes Becanus Canonicus Vltraiectinus in hiſtoria Epiſcoporum Vltraiectenſium. & Comitum Hollandiæ anno milleſimo ſexcenteſimo duodecimo. Franequerę in Friſia typis edita.

Porrò donatum eſt iſtud Collegium Cathedra Epiſcopali anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono. per Paulum III. Pontificem Maximum petente Philippo Rege Catholico, eodemque Hollandiæ ac Zelādiæ Comite.

Primus Epiſcopus Middelburgenſis fuit

Nicolaus

Nicolaus à Caſtro, patria Louanienſis, olim collegij Buslidiani in ea Acadamia prȩſes, qui anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio Middelburgi obijt.

Secundus fuit, *Ioannes à Stryen*, Zelandus, qui regio paſtorum ſeminario Louanij Præfectus ibidem obijt.

Tertius fuit *Philippus Rodoarius Berlegemius* vir generis nobilitate, alijſque virtutibus clarus, qui poſtea factus eſt Epiſcopus Brugenſis.

Sunt autem in diœceſi Middelburgenſi opida ſubſequentia: Middelburgum, Vliſſinga, Vera, Gouſa, Ziricæa, & Romersvvalia cum Tola inſula.

SANCTI MARTINI COLLEGIVM Middelburgenſe in VVeſtmunſter.

COllegium iſtud duodecim Canonicorum fundatum eſt à Maximiliano Imperatore & *Maria* eius coniuge anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono 7. Idus Iunij.

SANCTI LIVINI COLLEGIVM Ziricæum

FVndatum eſt collegium iſtud XXIV. Canonicorum ab *Auberto* Bauaro, Hollandiȩ & Zelandiæ Comite, anno trecēteſimo ſeptuageſimo octauo.

SANCTAE MARIAE COLLEGIVM Verienſe.

VEra ſiue Veria opidum eſt Zelandiæ, quod vna cum Vliſſinga, à Carolo V. ornatum eſt titulo Marchionatus. Verienſe collegium canonicorum inſtituit *Henricus de Borſele.* Dominus Verienſis & comes de Grand prè anno 1474. Habitarunt autem olim canonici iſti *in Zandtbych,* pago Domini Verienſis.

TOLENSE COLLEGIVM.

TOlæ, quæ vna eſt Zelandicarum Inſularum, canonicatus aliquot inſtituit *Ioannes Bellimontius,* comes Bolonienſis, filius Ioannis comitis Hannoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ, Friſiæ, circa annum 1305.

SANCTI MARTINI AGGERENSE *Collegium.*

IN Aggere Sancti Martini, vulgò *S. Martens dyel* Zelandiæ municipio, collegium canonicorum fundauit *Florentinus de Berſela,* eius loci Dominus, eiuſque coniunx *Maria de Bergis,* anno 1400. Auxit poſtea præbendas *Fridericus de Borſela* anno circiter milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo.

COLLEGIVM NEO-ECCLESIENSE

IN Neo-Eccleſia, vulgò *Nyeutlerkerck,* Duuelandiæ Inſulæ vico, collegium canonicorum

corum fundauit *Anna Burgundica* vidua Adolfi Cliuenſis, Domini de Rauenſtein, circa annum milleſimum quadringenteſimum nonageſimum.

CAPELLENSE COLLEGIVM

IN Zuytbeuerlandia Zelandiæ Inſula, in *Capellen* dicto, collegium XI. Canonicorũ fundarunt *Anna Burgundica* & *Colardus* Dominus de Likerclien anno circiter milleſimo quingenteſimo tertio.

CAPVT CIV.

ESSINGENSE COLLEGIVM IN Bauaria.

IN vico Eſsing, ſub arce Randeck, id fundauit *Vlricus* ſenior *de Abenſperg*, vnà cum filijs ſuis, *Dietrico*, Canonico Ratisbonenſi, *Ioanne*, *Vlrico*, *Alberto*, & *VVillelmo*, conſtituitque ibi ſex Canonicos ſacerdotes. Fundauit ſimul xenodochium, in quo duodecim valetudinariæ perſonæ ſuſtentensur. Ius verò præſentandi illas perſonas reſeruauit maximo natu ſuę familiæ, vt teſtantur litteræ fundationis datæ anno 1367. Auentinus ponit ſeptem Canonicos, & annum 1363. ſed veriſimilior eſt copia Litterarum dictarum.

Ad prędictã fundationem dederunt aliqua prædia & bona *VVolſfhart ab Ouenſteten*, *Betchtholdus Vlranier*, & *Albertus ab Erlach*, vt teſtãtur litteræ

litterę datę anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo primo.

Stephanus, Fridericus, & Ioannes, Bauarię Duces fundarunt ibidem anniuerſarium, & dederunt Eccleſiam Emptenbach, cum aliquibus reditibus anno 1380.

Ceterum vicus Eſſing, pertinet ad poſſeſſores dominij Randeck, qui olim erant de familia Abenſpergēſi; quibus deficientibus ſucceſſerũt Duces Bauariæ. VVilelmus, Dux Bauariæ dedit hunc vicum, ob fidelia ſeruitia, *Leonardo ab Eck*, Doctori & Conſiliario ſuo intimo, cuius filius *Oſvvaldus*, id poſtea vendidit *Ottoni Henrico*, Comiti à Schvvartzenburg, Sic ferè Hundius in ſua Metropoli Salisburgenſi.

Capvt CV.

S. MARIAE DORDRACENVM Collegium in Hollandia.

DOrdracum vrbs eſt in diœceſi Vltraiectenſi, metropolis ciuitatum Hollandiæ, in qua *Sancta Sura*, ſiue *Soter* virgo honeſtiſsimis parentibus orta, maioris Eccleſiæ fundatrix celebratur: fertur enim ſingulari affectu venerata eſſe imaginem Deiparæ Virginis, ad arborem ſuper riuum *Dordrech* pendentem: & quidquid lucrabatur, id pauperibus erogaſſe. Cùm autem optaret Eccleſiam ædificare, ab Angelo didicit magnitudinem: & tri-

& tribus operarijs totidem denarijs, dictis *Copkens*, paruæ quantitatis, ſed magni valoris, ſatisfecit. Ex quo, quod pecunioſa putaretur, vitæ præſentis vſurâ per latrones amiſit, eo in loco vbi hodie amœniſſimus fons, febricitãtibus medicina, emanat. Cuius etiam *Guilielmus Lindanus* in Apologetico ad Germanos meminit. Capti ad iudicis prætorium ducti ſunt; ſed Martyr cum cicatrice recenti in collo apparens, (erat enim guttur cultello tranſfoſſum) pœnitentibus veniam impetrauit. Eccleſia iam dicta Soterem eam nominat, & per Collectam memoriam eius celebrat in die S. Scolaſticæ Virginis. Sed ignoro à quo tempore, & cuius auctoritate, hæc commemoratio & applicatio Collectæ de Sancto Sotere, Virgine orientis, in Beatum Sotorem Dordracenſem fiat; quam ſic tranſnominatam opinor ob ſalutem præſtitam miraculis.

Ita ferè Molanus in natalibus Sanctorum Belgij.

Ceterum Dordracenſe collegium iſtud duodecim Canonicorum excitauit *Albertus* Bauarus Hollandiæ Zelandiæque Comes anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſexto.

Templi autem auſpicia referunt incolæ ad Sanctum Soterem, vt ex Molano iam retuli.

CAPVT CVI.

SANCTAE CATHARINAE EGMVNdanum Collegium, in d. Harlemenſi, & alia Hollandiæ collegia.

EGmunda celebris eſt Hollandiæ pagus à quo nobiliſsima Egmundanorum Comitum familia nomen habet. *Ioannes XX.* Egmundæ Dominus ſeu Toparcha, ibidem collegium ſex Canonicorum annò 1451. inſtituit vbi & ſepultus eſt anno eodem.

Huius Ioannis filius fuit *Arnoldus*, qui primus è familia Egmundana, factus eſt Dux Geldriæ.

Fuit olim quoque celeberrima Egmundæ Benedictinorum Abbatia, Epiſcopatui Harlemenſi poſt incorporata.

SANCTI NICOLAI COLLEGIVM Iſelſteinenſe.

COllegium iſtud octo Canonicorum erexit *Arnoldus Dominus* de Egmunda & Iſelſtein anno 1398.

HORSTENSE COLLEGIVM PROPE Renen opidum.

COllegiũ iſtud quatuor Canonicorum erexit *Ioannes de Arckel* Epiſcopus Vltraiectinus anno 1347.

CAPVT CVII.

VILHOVENSE COLLEGIVM IN BAVARIA.

SIta eſt iſta collegiata Eccleſia ad oſtium Vilſi fluminis excurrentis in Danubium, in vrbe

in vrbe *Vilſhouen*. Auentinus de fundatione huius collegij ſic ferè ſcribit in Annalibus lib. ſeptimo: *Circa annum milleſimum trecenteſimum ſexageſimum ſextum Henricus Tuſchl cum filio Schvvitzhero duodecim myſtarum Collegium in Vilshouen inſtituit, & ſequenti anno XII. Kalendis Octobris deceſsit.* Quod non omnino conuenit cum ſcriptura ad parietem chori ibidem affixa, quæ habet anno milleſimo trecenteſiſimo octogeſimo octauo obijſſe militem *Henricum*, dictum *Tuſchl* fundatorem collegij in Vilshouen, quod Schvvikherus filius cōſummauit. Sic ferè Hundius in Metropoli Salisburgenſi.

CAPVT CVIII.

SANCTI VINCENTII COLLEGIVM Gorcomienſe & alia in Hollandia.

COllegium iſtud tredecim Canonicorum fundauit *Otto* Dominus de Artkel anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo octau, odie duodecima Iunij. Ex his Canonicis decimus tertius eſt Collegij Decanus.

SANCTAE MARIAE COLLEGIVM Hagenſe.

HAga-Comitis eſt pagus Hollandiæ ampliſsimus, Hollandiæ Comitum olim ſedes ac domicilium. In Palatio Hagenſi

collegium Canonicorum excitauit *Albertus Bauarus*, Hollandiæ Comes anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo octauo.

Sancti Adriani collegivm in Naeldvvich tertio lapide ab Haga Comitis.

FVndatum eſt collegium iſtud à *Guilielmo de Naeldvvich*, milite, hoc eſt, vt nos hodie loquimur Equite, anno milleſimo trecenteſimo ſeptimo in honorem Sancti Adriani & vſum ſex canonicorum, vt patet ex Diplomate eiuſdem Guilielmi, anno eodem dato, & à *Guidone* Epiſcopo Vltraiectenſi confirmato; itemque à Guilielmo de Couſter Præpoſito & Archidiacono Vltraiectenſi.

Ceterum anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono datum eſt diploma à *Ioanne de Viernenburch*, Epiſcopo Vltraiectenſi, quo cõceſſum fuit, vt augeretur numerus præbendarum ad duodecim: petente *Guilielmo de Naeldvvic* armigero dicti Guilielmi nepote.

Sancti Pancratii collegivm Leidenſe.

LEida ſiue Lugdunum Batauorum amplum eſt Hollandię opidum, in quo collegium viginti quatuor canonicorum fundauit *Ioannes de Vernenborch*, Epiſcopus Vltraiectinus anno 1366. Hodie Leida habet Academiam.

SANCTI IOANNIS BAPTISTAE
Collegium Haſtenſe.

COllegium octo canonicorum in *Haſten* excitauit *Otto* dominus eiuſdem loci anno milleſimo treçenteſimo nonageſimo nono.

SANCTAE BARBARAE CVLENBVRGENSE
Collegium.

CVlenburgum opidum eſt Comitatus titulo nobile, in quo collegium decem canonicorum fundauit *Humbertus* Dominus Culenburgenſis anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſecundo.

AMERSFVRTENSE COLLEGIVM.

AMersfurtum opidum eſt ditionis vltraiectinæ, in quo collegium duodecim canonicorum fundauit *Ioannnes de Dieſt*, Epiſcopus Vltraiectinus anno milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſeptimo, die vigeſima prima Auguſti.

SANCTI IOANNIS BAPTISTAE
Collegium Vicanum.

IN *VVich*, ditionis Vltraiectinæ opido, quod veteres *Doreſtatum* appellarunt collegium duodecim canonicorum fundauit Giſbertus, Dominus de Abcauda anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſexto.

SANCTAE CATHARINAE BRILAnum Collegium.

BRila opidum eſt Hollandiæ, in quo Collegium Canonicorum fundatum eſt à Domino ſeu toparcha de Voorne.

Eſt & collegium Canonicorum in *Abbenbroek*, in *VVeſterzulburch*, in *Ooſtvorna*, & alibi alia in Hollandia.

Capvt CIX.

COLLEGIA VARIA CANONICORVM in regno Galliæ.

COllegium S. Mariæ *Molinenſis* in Borbonia anno milleſimo trecenteſimo octogeſimo ſexto fundauit Ludouicus Dux Borboniæ.

Collegiũ B. Mariæ Cleriacenſis circa an. 1200. fundatum eſt à viro nobili Domino Salæ: quod reditibus multisq; priuilegijs auxit Ludouicus XI. Galliæ Rex: cuius & ſepulcrũ marmoreum eo loco vidimus aliquando.

Collegium S. Petri Macerienſis, vulgò *de Maiſieres*, quod eſt opidum Moſæ fluminis adſitum, fundauit *Manaſſes*, Comes Regiſtetenſis anno 1176. pro XIII. Canonicis: teſte Choppino lib. II. Monaſt. tit. vlt.

S. Geruaſij, Lectorenſe collegium.

S. Cæciliæ, Albigenſe.

S. Mariæ, Rouermenſe.

S. Mariæ, Samathanenſe.

S. Mar-

S. Marcelli, apud Pariſios.
S. Quiriaci, *de Prous, en Brie.*
S. Vedaſti Sueſsionenſe.
S. Gerris, Lemonicenſe.
S. Spiritus, propè Baionam.
S. Petri & Sancti Maximiani, Barri-ducenſe, in Lotharingia.
Sancti Saluatoris, Metenſe, in Lotharingia.
Sancti Petri, *de la Court du maus.*
Beati Tugalli, de *Laual.* in diœceſi Cenomanorum.
Sancti Martini, Andegauenſe.
Sancti Laudi, Andegauenſe.
Sancti Euſebij Antiſsiodorenſe.
Sanctæ Mariæ, Pictauienſe.
Sancti Nicolai, *de Commercy.*
Sancti Nicolai, de Craon.
Sancti Clodoualdi, apud Pariſios.
Sancti Martini de *Champeaux* in diœceſi Pariſienſi.
Sanctæ Mariæ Meduntenſe.
Sanctæ Mariæ, Melodunenſe.
Sancti Sepulcri, Pariſienſe.
Sancti Aſterij, Petracoricenſe.
Sancti Geraldi, Douillac, in Aruernia.
Sancti Ioannis, de *Chalmont.*
Sanctæ Mariæ Claromontenſe.
S. Mariæ Borbonienſe.

S. Mariæ, Auguſtoduenſe.
S. Mariæ, & Stephani Cabillonenſe.
S. Georgij, Cabillonenſe.
S, Eulaliæ Lugdunenſe.

Capvt CX.

Mediolanensis vrbis collegia Canonicorum, in Italia.

Mediolanum Inſubriæ caput, præclara olim Imperij ſedes, habet vndecim collegia Canonicorum. Inter quæ Mertopolitanū Deiparę Virgini eſt ſacrum, quod auſpicia ſua debet *S. Barnabæ* Apoſtolo, quem conſtat ſacroſanctum Euangelium huc attuliſſe. Id tradit Dorotheus Epiſcopus Tyri, Græcus auctor in Synopſi, itemque Hippolitus Martyr, & ex his Sigonius, Baronius, ceterique recentiores ſcriptores. Ceterum inter mundi hodie miracula cenſetur ampliſsima Baſilica metropolitana Mediolanenſis, quam anno milleſimo trecēteſimo octogeſimo ſexto *Ioannes Galeatius* Dux Mediolanenſis erigendam curauit, cuius longitudo ab ortu ad occaſum 250. latitudo verò 130. cubitos protenditur, maior teſtudo 800. cubitorum altitudinem pertingit, in medio quinque nauium, longitudinis ac latitudinis 3.

CAPVT CXI.

BONONIENSIS VRBIS COLLEGIA in Italia.

BOnonia Vrbs & Academia totius Italiæ celeberrima, primũ Epiſcopum habuit *Sanctum Zamam,* qui anno Chriſti ducenteſimo ſeptuageſimo à Sancto Dionyſio Papa ordinatus, Bononiam venit, & Euangelij doctrinam propagare cœpit. In ea vrbe ſunt tria Canonicorum collegia, nimirum *S. Petri, S. Petronij, & S. Mariæ Maioris,*

Sancti Petri templum exſtruendum curauit dictus *Sanctus Zama,* qui & Presbyteros ibidem pro illorum temporum ratione conſtituit.

CAPVT CXII.

COLLEGIA CANONICORVM VRBIS Bituricenſis in Gallia.

BIturigæ, vulgò *Bourges,* Vrbs vetus & Archiepiſcopalis eſt in regno Galliæ, quæ ambitu ſuo, præter varia monaſteria, cõplectitur ſex collegia Canonicorum. Sunt autem iſta:

S. Stephani collegium cathedrale.

Collegium Sacræ Capellæ circa annum 1405. à *Ioanne* Duce Bituricenſi fundatum.

Collegium S. Vrſini.

Collegium noſtræ Dominæ de Sala.

Collegium Medij Monaſterij dicatum Beatæ Mariæ.
Collegium S. Petri, puellarum.

Præter iſta ſunt inſuper varia Canonicorum collegia in opidis ac pagis diœceſis Bituricenſis: vt

Collegium Sancti Etherij in opido Aiaco.
Collegium Sancti Cyrici in opido Exolduno & Sancti Ioannis in eodem opido.
Sancti Dionyſij in ſuburbio Exoldunenſi.
Sanctæ Mariæ in Gracayo.
Sancti Auſtregiſili in eodem opido.
Sancti Germani opido Caſtrenſi fundatum per Dominos de Chauuignij.
Sanctæ Mariæ in caſtro Meilhani.
Sanctæ Mariæ in opido Magduno, quod eſt aliud à Magduno opido diœceſis Aurelianenſis.
Sancti Aniani, in opido eiuſdem nominis, quod titulo comitatus ornauit Franciſcus primus Galliæ Rex.
S. Siluani in opido Leproſo. *Leuroux*.
Sancti Lauriani in opido Vaſtino per Guidonem Comitem Bleſenſem.
Sancti Cyrici in agro Bituricenſi apud Chaſteauroux.

Eſt item collegium Canonicorum in opido de *Linieres*, & alterum in opido *de Chaſteauneuf, quorum Patronos* nondum comperi.

Capvt

CAPVT CXIII.

COLLEGIA CANONICORVM DIOEceſis Cornutenſis in Gallia.

SAnctæ Mariæ collegium Cathedrale habet 72. præbendas qui numerus inſtitutus fertur tempore S. Lubini, Epiſcopi XVI. Carnutenſis.

Collegium S. Andreæ in eadem vrbe.

S. Mauritij ibidem.

Sancti Aniani ibidem.

Sancti Piati ibidem.

Sancti Ioannis de Nogento Retrodoi, quod Opidum ſic dicitur, ad diſtinctionem aliorum Nogentorum.

Sancti Andreæ in Caſtroduno opido.

Capellæ Regalis ibidem.

Sancti Saluatoris, in opido Bleſenſi ad Ligerim fluuium.

Sancti Iacobi, ibidem.

Sancti Georgij Collegium in vrbe Vindocinenſi vulgò *Vendoſne*, (quæ gaudet titulo Ducali) ab vxore Godefridi Martelli fundatum.

S. Stephani in opido *Dreux* nuncupato.

Sancti Nicolai in opido, quod Mons Mirabilis dicitur.

Eſt inſuper collegiũ Canonicorũ in Caſtro de *Maintenõ*, itẽ in opido Piſsiaco, vulgò *Poiſſy* item in opido *Mendon*. CVPVT

Caput CXIV.

COLLEGIA CANONICORVM REGII *patronatus ac fundationis in regno Galliæ.*

SAnctæ Capellæ Palatij Pariſienſis, *La S. Chapelle du Palais de Paris.*

S. Capellæ palatij Diuionenſis, *de Digdon.*

S. Capellæ Sancti Ludouici in palatio Senonenſium, *de Sens.*

S. Capellæ Bituricenſis, *de Bourges.*

S. Capellæ Viuariẽſis in Bria, *du viuier en Brie.*

S. Capellæ Vicicomitis, *de Vicle Comte.*

S. Capellæ Delphinatis, quæ eſt Eccleſia Sancti Andreæ Gratianopolitani, *la S. Chapelle de Dauphinè, qui eſt legliſe de S. Andre de Grenolle.*

S. Capellæ Borbonienſis, *de Bourbon.*

S. Capellæ Saltus Vicennarum, *du Bois de Vicennes.*

S. Capellæ, Siluanectenſis, *de S. Frambourg à Senlis.*

S. Capellæ Vitriacenſis, *de Vitrij.*

S. Capellæ S. Stephani Trecenſis, *S. Eſtienne de Troyes.*

S. Saluatoris Bleſenſis. *S. Samieur à Bloys.*

S. Meloni Pontiſarenſis. *S. Meloy de Pontoyſe,*

B. Mariæ in S. Quintini opido. *S. Quintin.*

B. Marię Piſsiacenſis.

B. Furſei Peronenſis. *S. Furcy à Reronne.*

S. Vulframmi Alleuillani. *S. VVulfran de Alleuille.*

S. Florentij Royenſis. *S, Florentin de Roye.*

Diuæ Virginis Clariacenſis, *de Clery.*

S. Petri Cenomanenſis, ibidemque Sacelli in vado Maluei, *S. Pierre de la Couxt du Maus & de la Chapelle du gue de Mauluy.*

B. Spiri & Deiparæ Virginis Corbolienſis *S. Spire & noſtre Dame de Clery.*

Ceterum S. Spiri Eccleſia fundata eſt per Aimonem Comitem Corbolienſem, ibidem ad aram ſummam ſepultum.

B. Mariæ Stampenſis, *de Eſtampes.*

S. Petri *du dorat.*

Ita Renatus Chopinus libro primo de ſacra Politia titulo primo.

In collegijs Canonicorum Sancti Martini Turonenſis, & Sancti Mauritij Andegauēſis Rex Galliæ peculiari iure Canonicatum obtinet, vt & in collegio Cabilonēſi, vt tradit idem Chopinus, libro primo titulo quarto de ſacra Politia & libro de Dominio Franciæ.

CAPVT CXV.

COLLEGIA CANONICORVM COMITATVS Burgundiæ, & diœceſis Veſontionenſis.

Veſuntio vetus Sequanorum Vrbs, Iulio Cæſari alijſque nota Gallicæ *Beſanzon,* hodiè vulgò Biſuntium, latinè dicitur. In hac vrbe Archiepiſcopali ſunt tria Canonicorum collegia,

noniæ opidum) anno milleſimo quadringenteſimo nono, tranſlatum eſt, cum octo ſanctorum corporibus: videlicet *Vrſmari, Ermini, Abelis, Vulgiſi Amolunij,* & aliorũ quæ capſulis argenteis incluſa, hodieque Binchij in collegiata Baſilica adſeruantur.

Eſt autem Lobium illuſtris ac vetus Abbatia monachorum Sancti Benedicti, cuius loci monachus vnus perpetuò obtinere ſolet Canonicatum Binchienſem, & tanquam Canonicus Binchij reſidere.

CAPVT CXVII.

MATICHOVENSE COLLEGIVM VEL Monaſterium, in Boiaria Noricorum.

IOannes Kuchler, cum vxore *Catharina* Matichouiæ (vbi quondam Regum Boiariæ prætorium fuiſſe vetuſta indicant diplomata) collegium myſtis Auguſtinianis inſtituit, circa annum 1413. teſte Auentino in Annalibus.

CAPVT CXVIII.

ORIOLANVM COLLEGIVM CATHEDrale in Hiſpania.

ORiolum, vulgò *Oriſuela,* vrbs eſt Epiſcopalis in prouincia & regno Valẽtino. Oriolanam Eccleſiam collegio Canonicorũ an. 1413. ornauit *Benedictus XIII.* qui ſe Pontificẽ geſſit. Eamdẽ dignitate Epiſcopali an. 1513. deco-

Geldriæ vrbes, Neomagum, & Arnhemum: Quod Carolus Martellus S. VVillibrordo donauit. Legitur enim in pagina traditionis: *Carolus maior domus, pro remedio animæ ſuæ tradidiſſe VVillibrordo Epiſcopo in pago Batua villam iuris ſui Eliſte nuncupatam, quæ alio nomine Marithaim vocatur, & quidquid in ea Euerardus Regi Ghildeberto infidelis poſſederat.*

Ceterùm Elſtenſe collegium, octo præbédarum, fundauit *Baldericus*, Epiſcopus Vltraiectinus, quibus alias quatuor adiecit *Henricus Ingennlant* armiger anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto.

CAPVT CXX.

AVENNENSE COLLEGIVM IN Hannonia.

AVeſnæ ſiue Auennę opidum eſt Hānoniæ, finibus regni Galliæ proximum, quod olim ad gentem Croijam ſpectauit. Cuiùs opidi loco Bellus-Mons, itidem Hannoniæ opidum, ſed à finibus regni Galliæ paullò remotiùs, à Philippo II. Rege Catholico genti Croijæ eſt datum. In opido autem Auennenſi collegiū Canonicorum fundauit *Ludouica Albretia*, Vxor Caroli Croij primi Principis Chimacenſis.

Eſt quoque in dicto opido Bellomontano collegium inſigne Canonicorum.

CAPVT CXXI.

SANCTAE MARIAE COLLEGIVM *in Monachio Bauariæ vrbe.*

COllegium iſtud Canonicorũ, an. 1495. inſtituit *Albertus* Bauariæ Dux, ac dotauit annuis cenſibus monaſteriorum nunc exſtinctorum Schlirenſis & Ilmunſterienſis, Romano Pontifice adprobante. Vide Origines noſtros Auguſtinianos cap. 18.

PAFFENMVNSTERIENSE COLLEgium *Germanicè* Pfaffenmunſter, *nunc in opido Straubinga, apud Bauaros.*

COllegiata iſta Eccleſia Canonicorum, ſupra Straubingam fundata eſt, cum ſeptem monaſterijs per Vtilonem Ducẽ Bauariæ, inſtinctu S. Pirminij, Metenſis Epiſcopi, qui eam dedicauit in honorem Sancti Tiburtij. Otto Argentinenſis Epiſcopus monachos Sancti Benedicti illic conſtituit, circa annum Domini 742. Henricus Dux Bauariæ Canonicos in Meten habitantes tranſtulit ad hanc Eccleſiam Monaſteriẽſem; & monachos è contra collocauit in Meten, circa ann. 1156. Hæc Eccleſia aliquoties igne conſumpta, deſolata, & paulatim rurſus erecta legitur. Teſtantur hoc veſtigia murorum. *VVillelmus* pijſſimus ac Catholiciſsimus Bauariæ Dux pro zelo, cum conſenſu Summi Pontificis, & ordinarij Ratisbonenſis Epiſc. tranſtulit colle-

gium

gium iſtud Straubingam, & cum parochiali Eccleſia ibi vniuit, iiſdem ferè ſtatutis, regulis ac priuilegijs, quibus collegiata Monachij floret Eccleſia anno 1581.

Sic ferè Hundius in Metropoli Salisburgéſi.

CAPVT CXXII.

DE ABBATIBVS SECVLARIBVS *quorundam Collegiorum Canonicalium.*

SVnt quædam Canonicorũ collegia quorum Rectores ſex præfecti vocantur, & ſunt Abbates ſæculares. Sic in Eccleſia collegiata *S. Petri du dorat*, in inferiori Pictonum Marchia, in Eccleſia *S. Martini* Turonenſis; *S. Hilarij* Pictauienſis, *S. Mariæ* Pictauienſis, *Sanctæ Mariæ Corbonienſis*, in d. Pariſienſi, & alijs Eccleſijs Abbates primam obtinent inter Canonicos dignitatem ſecularium. Sic Oſtienſis memorat Abbatem ſecularem Sancti Felicis Valentini idemque Claromontane Aruernorum Baſilicæ: & addit multos eius generis Abbates in Hiſpania reperiri.

Sunt item multorum collegiorum Priores ſeculares: de quibus vide Chopinum lib. 1. de ſacra Politia titulo primo.

In diœceſi olim Leodienſi ante multiplicatos in Belgio Epiſcopatus, duodecim illius generis Abbates ſæculares numerabantur, videlicet.

S. Mariæ & S. Lamberti, Leodienſis.

Sanctæ Mariæ & SS. Harlindis & Renulæ Eikenſis.

Sanctæ Mariæ, Sancti Georgij, & Sanctæ Odæ Amanicenſis.

Sanctæ Mariæ & S. Donatiani, Hoyenſis.

Sanctæ Mariæ & S. Seueri, Meſſienſis.

Sanctæ Mariæ Cennacenſis.

Sanctæ Mariæ & Sancti Hadelini Cellenſis vide ſupra capite 95.

Sanctæ Mariæ Namurcenſis.

Sanctæ Mariæ & S. Perpetui, Dronantenſis.

Sanctæ Mariæ & S. Petri, Alnenſis.

Sanctæ Mariæ & Sancti Theodardi, Tudinienſis.

Sanctæ Mariæ & S. Rumoldi Mechlinienſis.

Huiuſcemodi autem ſæculares Abbates, & ſi Abbates dicantur, nullum tamen ferunt abbatialem habitum, nec mitram, nec pedum. Sic ferè legitur in vetuſtis Chronicis Epiſcoporum Leodienſium, capite quadrageſimo tertio de Richario Epiſcopo, & apud Molanum libro de Canonicis.

Capvt CXXIII.

De monasteriis in Canonicorum ſæcularium collegia conuerſis.

Mvlta Canonicorum collegia olim fuerunt mera monachorum Benedictinorum, aut Canonicorum regularium cœnobia, quæ voto monaſtico per Pontifices Romanos

manos

manos ſunt exempta. Sic Clemẽs V. complures monachorum conuẽtus ſeculari veſte donauit, vt Metropolim Eccleſiæ *Burdigalenſis* *S. Andreæ* & collegia *S. Seuerini* & *S. AEmiliani*, quorum Abbates conuertit in Decanos. *S. Andreæ* *S. Seuer.* *S. Aemil.*

Sic anno 1476. monachi Benedictini Capituli cathedralis, *S. Flori*, in Aruernia facti ſunt Canonici ſæculares, per Sixtum quartũ Papam, petente Ludouico XI. Galliæ Rege. *Aruernenſe.* *S. Flori.*

Idem Sixtus *Auenionenſem* Eccleſiam Cathedralẽ S. Mariæ quæ prius fuerat regulariũ canonicorum, ad ſtatum ſæculariũ traduxit. *Aueniotnenſe.* *S. Mariæ.*

Leo X. *Lemouicenſe* Capitulum cathedrale S. Stephani à voti monaſtici profeſsione abſoluit. anno 1513.

Idem Iulij ſecundi reſcriptum confirmauit quo inter ſæculares retulerat metropolitani templi *Tholoſani*, S. Stephani Canonicos, antea regulares ordinis Auguſtiniani.

Anno 1542. Paulus III. *S. Sagienſis* templi cathedralis SS. Geruaſij & Protaſij. Canonicos regulares declarauit ſeculares.

In *Malacenſi* Pictonum Eccleſia cœnobium fuit à Guilielmo Aquitaniæ Duce anno 1003. fundatum, quod Epiſcopali dignitate auctũ, & monaſtica lege ſolutum eſt à Ioanne XXII. anno 1333.

Magalonenſis Eccleſia cathedralis quæ fuit regularis, in ſecularem tranſijt anno 1536. & Montem Peſſulum translata eſt.

Anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono deſtructa Teruana veteri Morinorũ vrbe, cũ Epiſc. ſedes Bononim ad mare Oceanum eſſet translata, Abbatia B. *Mariæ* Canonicorum reglarium facta eſt Eccleſia Cathedralis, & regulares ſunt ſecularizati, vt vulgò loquuntur.

Lucionenſis Pictonum familia monaſtica à regularis vitæ ſtatu ad ſecularem, atque vnà ad faſtigium Epiſcopale tranſijt auctoritate Ioannis Papæ XXII.

Beatæ Mariȩ cœnobium *Vizeliacenſe* ordinis D. Benedicti Paulus III. in Canonicorũ collegium commutauit anno 1537. Eodẽ permittente *Coſtienſis* Eccleſia regularis, ſecularẽ habitum induerat anno 1536.

Condomienſes in Vaſconia Canonici cathedrales S. Petri monaſticum habitum exuerũt, anno 1548. permittente Paulo III.

Eccleſia collegiata Sancti Petri *Matiſcouenſis* fuit prioratus monachorum vſque ad annũ 1556.

S. Amabilis *Riomenſes* monachi in Aruernia, facti ſunt ſæculares canonici anno 1548. auctoritate Paulli III.

S. Mauri Abbatia Benedictina in agro Pariſienſi anno 1544. mutata eſt in collegium Canonicorum ſecularium.

De his & alijs vide Chopinum lib. Primo de Politia ſacra titulo tertio.

De

De Eccleſia *Cæſarauguſtana* in Hiſpania, quæ olim fuit Canonicorum regularum, item de Cathedrali Baſilica Gandenſi, quæ olim fuit Benedictinorũ in Belgio, vide ſuis infra locis.

CAPVT CXXIV.

S. BAVONIS COLLEGIVM CATHEDRALE Gandenſe, in Flandria.

SAncti Bauonis monaſterium fundauit *S. Amandus*, Traiecti Ad Moſam Epiſcopus, idque potiſsimum eiuſdem *S. Bauonis* opibus. Initio tamẽ non monachos ſed clericos ſimul viuentes inſtituit: quibus amotis, quod licentius viuerent, monachos S. Benedicti collocauit, ſub Abbate S. *Florberto*. Qui cùm multum ſanctitate & doctrina clarerent, multis bonis & priuilegijs dotati ſunt, ab Imperatoribus, Carolo Magno, Ludouico Pio, Othone ſecũdo & alijs. Inter hos *Hildebertus* octauus fuit Abbas Gandenſis, qui contra Fautores Imperatoris Conſtantini Copronymi, non modò verbis, ſed etiam ſanguinis ac vitæ profuſione confirmauit pium imaginum cultum. Rurſus, inter hos fuit *Einardus* ſiue *Eginhartus* Caroli Magni Cancellarius doctiſsimus; qui fama monaſterij clariſsima inuitatus, habitum in eo religionis ſuſcipere non dubitauit, factuſque eſt decimusquintus Abbas.

Idem pręclariſsimas reliquias ſanctorũ *Petri* & *Marcelli* ex vrbe Roma Gandenſi ſuæ

Eccleſiæ procurauit. At poſt felicia Einardi tempora, Normanni barbara crudelitate Gãdenſe monaſterium cum alijs concremarunt, totamque Flandriam vaſtarunt. Tunc monachi S. Bauonis, cum ſancto corpore & Eccleſiæ munimentis confugerunt Andomaropolim, inde Laudunum,& aliò.Centum propemodum annos exularunt; ſemper tamen,quãtum licebat, in communi viuebant, ſub vnius capitis obedientia; & corpus *S. Bauonis*, ſeu pretioſiſsimum theſaurum ſecum cõferebãt, Tandem circa annum 940. relato corpore, facta eſt cœnobij inſtauratio per *Arnulphum* Flandriæ Comitem & *S. Gerardum* Broniẽſem Abbatem,virum eximium, qualem omnino illa tempora poſtulabant; qui X X. Abas cœnobio præfuit annis plus minus quindecim. Etſi verò hoc monaſterium multis bonis exutum ſit Normãnorum direptione, monachorum exilio,maris inundatione,Principũ quorumdam iniuria ac violentia,alijſque modis, Dei tamen fauore,& præſentium Sanctorum ſuffragijs, atque interceſsione non penitus exhauſtum eſt. Nam ex eius prouentibus clerus cathedralis Eccleſiæ Sancti Bauonis Gandenſis in hodiernum vſque diem honeſtè ſuſtentatur. Eſt enim monaſterium anno 1535. per Paulum III.(procurante id Carolo V. Imperatore cui Patria fuit Gãdauum)reductum ad Canonicorum ſtatum,quem primitus habuit.

Qui

Qui anno 1540. (cum monaſterij locus arci exſtruendæ aptaretur) transmigrarunt ad parochialem Eccleſiam Sancti Ioannis, quæ nũc eſt cathedralis S. Bauonis, Sic ferè Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij.

Eſt autem Gandauum ornatum cathedra Epiſcopali anno 1559. per Paulum IV. Papam petente Philippo ſecundo Rege Catholico.

Caput CXXV.

Sancti Martini Collegium Cathedrale Ipenſe in Flandria.

Beatus Ioannes Morinenſis ſeu Teruanẽſis Epiſcopus obijt anno 1130. Is triginta annis Epiſcopatum ſanctiſsimè rexit, iudiciorum, pauperum, Eccleſiarum, bibliothecarum, & dilatandæ religionis ſedulus obſeruator. Qui, in libro vitæ, numero Sanctorum piè creditur aſſcriptus; quamquam non ſit per Romanam Eccleſiam canonizatus. Vita eius in monaſterio Sancti Bertini manuſcripta habetur. Hic Ipris ad Sanctum Martinum Canonicos regulares ordinis Sãcti Auguſtini inſtituit; qui quidem anno 1559. per Paulum IV. Papam facti ſunt Canonici ſæculares, cathedra Epiſcopali noua in eodem Sancti Martini templo collocata.

Capvt CXXVI.

Sancti Martini Collegivm
Cathedrale Groningenſe.

COllegium iſtud eſt Canonicorum nouem, præter Epiſcopum, qui decimus cenſetur. Cui capitulo ſuſtentando, anno 1568. adſignatum eſt monaſterium Ezenſe, ordinis S. Auguſtini & *Vitteuirumenſe*, cum ſuis prouentibus: Epiſcopo autem ſeorſim attibuta eſt cum ſuis reditibus *Abbatia Audardienſis*, ordinis Ciſtercienſis propè Groningam. Conſtitutum eſt autem collegium iſtud Cathedrale in Eccleſia olim parochiali Sancti Martini Groningenſis.

Primus Epiſcopus Groningenſis fuit, *Ioannes Knyſius*, patria Vltraiectinus, ex ordine fratrum Minorum de obſeruantia, qui an. 1568. pridie S. Franciſci ſolenniter introductus eſt Groningam.

Ceterùm opida diœceſis Groningenſis ſunt iſta: Groninga, Dammum, & Couordia.

Capvt CXXVII.

Sancti Viti Collegivm Cathedrale
Leouardienſe, in Friſia.

COllegium iſtud Canonicorum decem ex monaſterio Mariæ Gardenſi anno 1570. eſt erectũ, per Cunerũ Petri I. Epiſ. Leouardiéſẽ, monachis veſte monaſtica liberatis, primiſq; Canonicis Leouardię cõſtitutis. His idẽ Epiſc. ſex canonicos adiecit, in eorũ ſubſidia

ſidia totidem Capellanijs, ad S. Vitum, in Canonicatus transformatis; & ſic in hoc Capitulo vnà cum Epiſcopo ſedecim ſolent eſſe Canonici; vt tradit Suffridus Petrus in Appendice ad Ioannis Becani hiſtoriam Epiſcoporum Vltraiectinorum.

Capvt CXXVIII.

S. Bavonis Collegivm Cathedrale Harlemenſe in Hollandia.

Capitulum iſtud Cathedrale conſtitutũ fuit, ex monaſterio *de Heylo* Canonicorum regularium prope Alcmariam, & ex Capitulo Canonicorum in *Geervliet.* Quod quidẽ Capitulũ ex Geervlito Harlemũ an. 1571. tranſtulit Godefridus à Mirlo II. Epiſcopus Harlemenſis.

Opida diœceſis Harlemenſis ſunt iſta: Harlemum, Amſtelodanũ, Alcmaria, Beuervvicum, Monichedamum, Edamum, Purmerenda, Horna, Enchuſa, & Medenblicum.

Primus Epiſcopus Harlemenſis fuit. *Nicolaus de noua terra,* Georgij Egmundani, Vltraiectenſi Epiſcopi olim ſuffraganeus, qui cùm annis decem præfuiſſet, ob aduerſam valetudinem, Epiſcopatu ceſsit.

Nicolao anno 1571. ſuffectus eſt *Godefridus à Mirlo natus,* in pago Campiniæ Brabantinæ, eiuſdem nominis, ex ordine Fratrum Prædicatorum conuentus Siluæ-ducenſis.

SANCTAE MARIAE COLLEGIVM *Gerulitanum in Hollandia.*

COllegium Beatæ Mariæ in Geeruliet, Hollandiæ vico, quod eſt quindecim Canonicorum, fundauit *Nicolaus* Dominus de Putten & Stryen, qui obijt anno milleſimo trecenteſimo vndecimo.

Capvt CXXIX.

CAESARAVGVSTANVM COLLEGIVM METropolitanum in Hiſpania.

CAEſarauguſta, Ptolomæo Cæſarea Auguſta ab Octauiano Auguſto Cæſarea ſic dicta, hodie *Saragoza* ad Iberum fluuiū, regni Aragoniæ Metropolis, habuit olim Epiſcopum Torraconēſi Archiepiſcopo Suffraganeum, ſed Ioannes XXII, eam Archiepiſcopali dignitate auxit, vt Mariana libro 15, c.15. Rerum Hiſpaniarum tradit. Eccleſia ipſa Archiepiſcopalis Cæſarauguſtana, ſolet eſſe regularis, id eſt Canonicorum regularium ordinis S. Auguſtini; ſed noſtra ætate Canonici regulares facti ſunt ſæculares, vt vocant, auctoritate Pontificia, idque petente Philippo ſecundo Rege Catholico.

Capvt CXXX.

SANCTAE FIDEI COLLEGIVM *Metropolitanum in America.*

SAnctæ Fidei ciuitas, vulgò *Sancta Fè de Bygota* in nouo regno Granatenſi (quod eſt pars

pars Americæ meridionalis) in continēti ſita, Proregis Hiſpani & Senatꝰ ſedes, vrbs eſt Archiepiſcopalis cui ſuffraganei ſunt Epiſcopi *Carthaginienſis* & *Popaianenſis*, vt arbitror. In eadem vrbe inſigne eſt collegium cathedrale Canonicorum, item collegium Soc. Iesv, & monaſteria Dominicanorum, Franciſcanorũ, & Auguſtinianorũ, cum aliquot monialium cœnobijs. Dicitur autem vrbs *Sanctæ Fidei de Bogota*, ad diſcrimen alterius opidi S. Fidei, quod in eadem America Septemtrionali ad mare ſitum eſt haud procul ab opido Cumano ex oppoſito Margaritæ inſulę, Margaritis, gēmiſque ditiſsimæ.

Sunt & alia plurima Canonicorum collegia cathedralia per Indiam occidentalem, à Catholicis Regibus Philippo II. & tertio fundata: quæ ſuos habent Decanos, Archidiaconos, aliaſq; dignitates Eccleſiaſticas, vt in orbe noſtro Europæo.

FINIS.

INDEX.

INDEX.

A.

Aggerenſe S. Martini, in Zelandia. cap.103
Aloſtanum S. Gangerici in Flandria. cap.81
Amanienſe S. Odæ, in d. Leodienſi. cap.24
Amersfurtenſe, in d. Vltraiectina cap.108
Americanum S. Fidei de Bogota, Metrop. cap.130
Andennenſe S. Beggæ Canoniſſarum, in comitatu Namurcenſi. cap.19
Anderlacenſe S. Guidonis, apud Bruxellã, in Brabantia cap.90
Andolouuenſe Canoniſſarum, in Germania. cap.39
Antuerpienſe S. Mariæ cathedrale, in Brabantia. cap.91
Aquiſgranenſis vrbis collegia, in Germania. cap.29.30
Ardenburgenſe S. Mariæ, in Comitatu Flandriæ. cap.43
Argentinenſis vrbis collegia, in Germania. cap.11
Atrebatenſe S. Mariæ, in Comitatu Arteſiæ. cap.10
Audomaropolitanum Sanctæ Mariæ, & Sancti Audomaci, in Arteſia. cap.1
Auenionenſe S. Mariæ, in Gallia. cap.123
Auemienſe in Hannonia. cap.120
Auguſtanum Sancti Stephani Canoniſſarum, in Germania. cap.53
Aurelianenſis vrbis & diœceſis collegia. cap.98.123

B.

Bambergenſe, in Germania. cap.65
Beliſienſe Sanctorum Amoris & Landradæ, in diœceſi Leodienſi. cap.34
Bellijocenſe Sanctæ Mariæ in diœceſi Matiſconenſi in Gallia. cap.85
Bellomontanum in Hannonia. cap.120
Bethunienſe S. Bartholomæi, in Arteſia. cap.51
Binchienſe in Hannonia. cap.116
Bituricenſis vrbis & diœceſis collegia, in Gallia. cap.112
Bomelienſe Sancti Martini in Geldria. cap.94.

Bononienſe

Bononienſe S. Mariæ in Gallia. cap 123
Bononienſis Vrbis collegia in Italia. cap. 111
Bredanum B. Mariæ, in Brabantia. cap. 92
Bremenſe in Germania. cap. 37
Brilanum S. Catharinæ in Hollandia cap. 108
Brioudenſe S. Iuliani, in Aruernia. cap. 9.
Brugenſis vrbis collegia, in Flandria. cap 42. & 43
Bruxellenſe S. Gudilæ, in Brabantia. 75
Buchouienſe Canoniſſarum in Sueuia. cap. 76
Burgenſe Metropolitanum, in Hiſpania. cap. 83
Burgundiæ Comitatus collegia varia. cap. 115

C.

Caezegienſe Canoniſſarum in Germania: cap. 25
Cæſarauguſtanum Metropolitanum, in Hiſpania. cap. 129
Cameracenſis vrbis collegia. cap. 8
Canonicalium collegiorum ſecularium Abbates ſeculares, in d. Leodienſi & alibi. cap. 122.
Canonicorum & Canoniſſarum Regula, in Concilio Aquiſgranenſi præſcripta anno 817. cap. 35
Cappellenſe, in Zelandia. cap. 103
Capellæ Veteris, in Germania. cap. 67
Cornutenſis vrbis & diœceſis collegia, in Gallia. cap. 40. & 113
Casletenſe Sancti Petri, in Flandria. cap. 81
Caslienſe in Gallia. 123
Chimacenſe Sanctæ Monegundis, in Hannonia cap 102
Cleriacenſe Sanctæ Mariæ, in Gallia. cap 109
Colonienſis vrbis collegia. cap. 1
Condatenſe S. Mariæ & S. VVaſnulphi, in Hnanonia cap. 16
Condonienſe S. Petri, in Gallia. cap 129
Conſtantienſis vrbis & diœceſis collegia in Germania. cap. 33.
Cortracenſe S. Mariæ in Flandria. cap. 22
Culenburgenſe S. Barbaræ in Hollandia. cap. 108

D.

Dauentrienſe Sanctæ Mariæ & Sancti Lebuini in Germania inferiore

inferiore. cap.101
Dordracenum S. Mariæ, in Comitatu Hollandiæ. cap.105
Duacenſis vrbis Collegia, in diœceſi Atrebatenſi. cap. 50

E.

Edelſtetenſe Canoniſſarum in Germania. cap.99.
Egmundanum S. Catharinæ, in Hollandia. cap.106
Elſtenſe S. VVerenfridi, in Geldria. cap.119
Eſsingenſe, in Bauaria. cap. 104

F.

Sancti Flori in Gallia. cap.123
Florinenſe S. Gengulphi in d. Leodienſi. cap 87
Foſſenſe S. Foillani, in Comitatu Namurcenſi. cap.62
Frauvenmunſterienſe Tigurinum, apud Heluetios cap.36.
Friſingenſis vrbis collegia in Bauaria. cap.72
Furnenſe. S. VValburgis, in Flandria. cap.38

G.

Galliæ regni collegia varia. cap.86.98 109.114.123
Gandenſis vrbis collegia, in Flandria. cap. 23. & 124
Gandecheymienſe, in Ducatu Brunſuicenſi. cap.36
Geerulitanum S. Mariæ, in Hollandia. cap.128
Gelenſe S. Martini & S. Dympnæ in Brabantia. cap. 94
Gorcomienſe S. Vincentij in Hollandia. cap 108
Groningenſe S. Martini apud Friſios. cap. 126.

H.

Haſtenſe S. Ioannis Baptiſtæ, in Hollandia. cap.108
Hagenſe S. Mariæ, in Hollandia. cap.108
Hamburgenſe, in Germania. cap.73
Harlebecanum S. Saluatoris, in Flandria. cap. 22
Harlemenſe S. Bauonis, in Hollandia. cap 128
Haybacenſe in Germania. cap. 88
Heuſdanum S. Catharinæ, in Hollandia. cap.94
Hiluari-Becanum S. Petri, in Brabantia. cap. 94
Horſtenſe, in d. Vltraiectina. cap. 106
Hugardienſe, S. Gorgonij in d. Leod. cap.79

Huyenſe

Huyenſe S. Mariæ, in d. Leodienſi cap.84.

I.

Inſulenſe S.Petri, in Flandria cap.73
Iprenſe S.Martini,in Flandria cap 125
Iſelſteinenſe S.Nicolai, in Hollandia cap.106
Iſmenſe, in Bauaria cap.72

L.

Leidenſe S.Pancratij,in Hollandia cap.108
Lemouicenſe S.Stephani cap 123
Lenſienſe S.Vulganij,in Arteſia cap.69
Leodienſis vrbis collegia cap.21.51.58.59.60.61.66
Leovardienſe S.Viti,in Friſia cap.127
Lindauienſe Canoniſſarum, in Germania cap 32
Liranum S.Gummari,in Ducatu Brabantiæ cap.92
Louanienſis vrbis collegia,in Brabantia cap.74
Lugdunenſis vrbis collegia,in Gallia cap 9.12
Lucionenſe S.Mariæ,in Gallia cap.123
Lutoſanum S.Badilonis,in Hannonia cap.70

M.

Macerienſe S.Petri,in Gallia cap 109
Magalonenſe,in Gallia cap 123
Magdeburgenſe,in Germania cap 54
Maleacenſe S.Regimeri,in Gallia cap.123
Malbodienſis vrbis collegia,in Hannonia cap.49
Maſeikenſe S.Harlindis ad Moſam flu.in d.Leodienſi c.44
Matiſconenſe S.Petri,in Gallia cap.123
Matisbouenſe, in Bauaria cap.117
Matſeenſe, in Germania cap.26
Mechlinienſe Metropolitanum,in Brabantia cap.74
Mediolanenſis vrbis Collegia,in Italia cap.110
Meſſenenſe S.Sidronij, in Flandria cap.81
Middelburgenſe S.Petri,& alia in Zelandia cap.103
Middelburgenſe, in Flandria cap.43
Moguntinæ vrbis Collegia,in Germania cap.2
Molhauienſe S.Elmeri cap 80
Molinenſe S.Mariæ,in Borbonia cap.109
Monachienſe S.Mariæ, in Bauaria cap.121

Monaſterienſe S. Fredegandi Canoniſſarum, in Comitatu Namurcenſi cap. 17
Monaſterienſe S. Mariæ, in VVeſtphalia cap. 31
Montenſe S Germani, in Hannonia cap. 47
Montenſe S VValdetrudis Canoniſſarũ, in Hannonia c. 46. 47
Montis-Briſonis, in Gallia cap. 97
Moſpurgenſe, in d. Friſingenſi cap. 63

N.

Naeldvicenum S. Adriani, in Hollandia cap. 108
Namurcenſis vrbis Collegia cap. 71
Naſſouienſe S. Mononis, in d. Leodienſi cap. 80
Neo-Eccleſienſe, in Zelandia cap. 103
Niuellenſe Canoniſſarum, in Brabantia cap. 14

O

Oirſchotanum S. Petri, in Brabantia cap. 94
Oldenzalienſe S. Plechelmi, apud Friſios cap. 101
Oriolanum, in Hiſpania cap. 118
Otingenſe, in Bauaria cap. 28

P.

Paſſenmunſterienſe in Germania cap. 121
Pariſienſis vrbis & diœceſis Collegia cap. 115. 123
Peronenſe S. Furſei, in Picardia cap. 15

R.

Ratisbonenſis vrbis Collegia, in Germania cap. 41
Regula Canonicorum & Canoniſſarum in Concilio Aquiſgranenſi præſcripta anno 817. cap. 35
Reſenſe S. Dentelini, in d. Colonienſi cap. 48
Riomenſe S. Amabilis, in Aruernia cap 123
Rodanum S. Odæ, in Brabantia cap. 94
Roſſemienſe, in Geldria cap. 94
Roſcidavallenſe S. Mariæ, in Nauarra cap. 100
Rodnacenſe S. Hermetis, in Flandria cap. 13
Rurenmundenſe, in Geldria cap. 57
Ruthenſe S. Euermari, in d. Leodienſi cap. 56

S.

Sagienſe SS. Geruaſij & Protaſij, in Gallia. cap 123
Sanctenſe, in Ducatu Iuliacenſi cap 7

Seccin-

INDEX.

Seccingenſe Canoniſſarum	cap. 7
Seclinienſe S. Piati, in Flandria	cap. 40
Siluiducenſis vrbis & d. Collegia, in Brabantia	cap. 93
Souegienſe S. Vincentij, in Hannonia.	cap. 45
Stampenſe S. Mariæ & S. Crucis, in Gallia	cap 98. & 114
Steinvicanum S. Clementis, in Friſia	cap. 101
Suſterenſe Canoniſſarum, in Ducatu Iuliacenſi	cap. 52

T.

Teneramundanum S. Mariæ, in Flandria	cap. 89
Tigurinum apud Heluetios	cap. 27. & 36
Tholoſanum S. Stephani	cap. 123
Thorenſe Canoniſſarum, in d. Leodienſi	cap. 64
Thoroltanum S. Petri, in Flandria	cap 82
Tolenſe	cap. 103
Tornacenſe S. Mariæ	cap. 6
Traiectenſis vrbis ad Moſam flu. Collegia	cap. 12
Treuerenſis vrbis Collegia, in Germania	cap. 3
Trudonenſe S. Mariæ, in d. Leodienſi	cap 78
Tungrenſe S. Mariæ, in d. Leodienſi	cap. 4

V.

Valencenenſe, in Aula-Comitis apud Hannones	cap. 96
Verienſe S. Mariæ, in Zelandia	cap. 103
Veſuntionenſis vrbis & diœceſis Collegia	cap. 115
Vicanum S. Ioannis Baptiſtæ, in d. Vltraiectina	cap. 108
Vilecenſe Canoniſſarum, in d. Colonienſi	cap. 77
Vilshouenſe, in Bauaria	cap. 107
Viſetenſe S. Hadelini, in d. Leodienſi	cap. 78. & 95
S. Viti, in Bauaria	cap. 68
Vizeliacenſe B. Mariæ, in Gallia	cap. 123
Vltraiectenſis vrbis Collegia	cap. 20

Z.

Ziricæum S. Liuini	cap. 103
Zutphanienſe S. VValburgis	cap. 101

FINIS.

ANT 1316902

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google